AUTHOR:

HABERLANDT, O.

TITLE:

FIGURAE QUAE VOCATUR ...

PLACE:

FREIENWALDE A. O.

DATE:

1897

Master Negative #

92-80480-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Haberlandt, O.

...De figurae quae vocatur etymologicae usu Sophocleo...Freienwalde a. O., buchdruckerei von Emil Pilger, 1897.

33 p. 25 cm.

At head of title: Jahresbericht des Königlichen Gymnasiums in Freienwalde a. O...Inhalt: 1. Abhandlung des Oberlehrers O. Haberlandt

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB


DATE FILMED: 03.11.1992 INITIALS [illegible]


FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM


Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202













MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No. 14

Jahresbericht

des

Königlichen Gymnasiums

in

Freienwalde a. O.

Herausgegeben Ostern 1897.

Inhalt:

1. Abhandlung des Oberlehrers O. Haberlandt *de figurae quae vocatur etymologicae usu Sophocleo.*
2. Schulnachrichten. Vom Direktor.

Freienwalde a. O.
Buchdruckerei von Emil Pilger.
1897

Conspectus librorum, quos in conscribendo hoc commentariolo adhibui.

I. editiones fabularum:

1. Dindorfii Lipsiensis editio IV, quam unam volvi, cum etymologicae figurae *exempla colligerem.* In *interpretando* poeta praeterea mihi hae editiones adiumento fuerunt
2. Hermanni editio, Lipsiae emissa annis 1833. 1839. 1851,
3. Wunderi ed., Gothae et Erfordiae emissa.
4. Lobeckii Aiacis Sophoclei editio III.
5. Nauckii editiones novissimae.
6. G. Wolffii editiones nonnullae, et eae partim ex recenti cura L. Bellermanni iterum profectae: a) Aiacis³ 1874, b) Oed. Regis² 1876, c) Antigonae³ 1878, d) Oed. Colonei¹ (Bellermann) 1883,
7. Donneri illa fabularum Sophoclearum versio theotisca, quae exiit anno 1886.

II. Grammaticis et lexicis his usus sum:

A. Grammaticis

a) α, 1. K. Brugmanni libro qui inscribitur: „Grundriss der vergleichd. Gramm. der indogerm. Sprachen, ed. Argentorati annis 1886—1889,

α, 2. B. Delbrueckii libro qui est huius operis *tertia* pars (Syntax), ed. anno 1893;

β, 1. Matthiaei Grammatica graeca, edita Lipsiae annis 1825—1827,

2. Kruegeri „ „ , quartum edita anno 1861,

3. G. Curtii „ „ , decimum edita „ 1873,

4. K. Brugmanni „ „ eaque secundum edita 1890, quae legitur in parte altera operis illius, quod editum ab Iwano de Mueller titulum habet: „Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft“.

b) 5. F. Stolzii et H. Schmalzii Gr. latina eaque secundum edita, quae legitur ibidem,

6. R. Kuehneri Grammatica latina, primum edita a. 1878,

c) 7. Beghageli libro qui inscribitur: „die deutsche Sprache“, edito Lipsiae a 1886.

B. Lexicis:

1. Lexico Papii, edito quintum anno 1871,
2. Ellendtii Lexico Sophocleo, e H. Genthii insigni cura iterum edito anno 1872.

III. *E libris ad rem ipsam, quae est proposita, spectantibus hi mihi praesto fuerunt:*

1. Wunderi commentatio quae inscribitur: „Recension v. Lobecks Ausgabe des Sophokleischen Ajas“ (1837), quae iram movit Lobeckii et Eschero valde displicet (vide 8), 1837,
2. Lobeckii dissertatio, quae est de figura etymologica (1832), libro inserta, qui inscribitur: Paralipp. Graecae Grammaticae, 1837,
3. Forbergi libellus, de quo iudicium feci in annotatione paginae 10 et qui inscribitur: „Über πόδα βαίνω u. ähnliche Strukturen im Griechischen“, 1850,
4. H. W. Kolsteri liber, sententiarum quadam subtilitate is quidem non destitutus, sed incerta grammatica ratione fultus, qui inscribitur: „Das sogen. innere Objekt nach seinem Begriff u. seinen Arten“, 1858,
5. Alb. Lindneri ‚cothurnus Sophocleus‘, liber et venustate quadam dictionis gratus et doctrinae plenus, 1860,
6. Schoemanni liber praestantissimus, qui inscribitur: „Die Lehre von den Redeteilen nach den Alten, 1861,
7. K. Schwarzii libellus, qui Kolstero imprimis adversatur et inscribitur: „Akkusativ des Inhalts bei Sophokles“, 1863,
8. E. Escheri liber, hominis et ingenio et industria ornatissimi, qui inscribitur: „Akkusativ des Inhalts bei Sophokles, unter Hinzuziehung desjenigen bei Homer u. s. w.“, 1876,
9. H. Bonitzii, doctissimi illius et sagacissimi viri libellus, qui titulum habet: „Beiträge zur Erklärung des Sophokles“, 1855, quem librum adhibui ad Oed. Colon. versum 138,
10. aliquot aliorum virorum libelli, qui, cum in aliis quaestionibus ita versentur, ut tamen ex aliqua parte rem nostram attingant, satis ponderis mihi habebant, quos hoc loco commemorarem: a) Holzweissigii commentatio, quae inscribitur: „In wieweit können die Ergebnisse der vergleichenden Sprachforschung beim Elementarunterricht in der griech. Casussyntax verwertet werden?“, quam legis in annali libro e gymnasio in Westfalica urbe Bielefeld profecto anno 1877, — b) Pretzschii commentatio, quae gymnasii Spandowiensis libro annali inserta titulum habet: „Zum Stil des Cornelius Nepos“ (1890), — c) Lorenzii commentatio de genere illo dicendi apud comicos usitatissimo, quod in litteris positum Graeci vocant παρονομασίαν: quam commentationem legis in praefatione ad Plautinae Mostellariae editionem a Lorenzio adiecta anno 1866, — d) alii (p. 6, alias).

Permulta ac varia sunt genera figurarum, quibus Sophocles utpote poeta usus est aut ad orationem fabularum exornandam aut ad sententiarum aut vim aut perspicuitatem augendam. — Qua ex materia tam late diffusa vix poterit ullum genus figurarum reperiri quod latius pateat quam etymologica figura quae vocatur, quippe ex qua tamquam e fonte suo fluat, ut *Escherus* dicit, tota copia accusativorum nominum verbalium, quae cum verbis absolutis conjunguntur. — Quapropter cum mihi proposuerim ut de figurae etymologicae exemplis Sophocleis disseram: primum hoc puto studendum esse, priusquam ad singulos fabularum locos percensendos accedam: ut nonnulla de grammatica forma huius figurae et quae sit vis eius ac natura ostendam. Atque ne futilibus ambagibus utar in disputandi genere neve viam ac rationem desideres in commentationis progressu, sic in re absolvenda versabor: primum ut in brevius contraham, quid singuli viri docti in eodem argumento tractando profecerint, meo ipsius indicio hic illic immixto: deinde ut rem expositam paucis exemplis illustrem iisque ex variis linguis adhibitis. His transactis cum in eo erit ut ad principalem huius commentarioli partem transgrediar, figurae etymologicae quae apud Sophoclem exstant exempla colligam, collecta comparabo, illustrabo breviter.

Ac per hanc opportunitatem de litteris quibusdam et signis, quae necessitate adductus eo consilio infra adhibui, ut, quae verba saepius lectori occurrent, haec per compendium spatii redeant quam maxime, *hoc praemoneo:*

Quos versus *simplicibus uncis* seclusi, hi spectant ad Donneri illam Sophoclearum fabularum versionem theotiscam, quae exiit a. 1868. — Ceterum singulae litterae significant hoc: *Di:* Dindorfii editionem Graecam, qua etiam Aeschyli, Euripidis Aristophanis fabulae superstites et perditarum fragmenta continentur: — *E. sive Ell.:* Ellendtii alteram lexici Sophoclei editionem, quam curavit H. Genthe et Berolini emisit a. 1872; — *L.:* Lobeckii, quam saepissime laudavi, commentationem, quae est de figura etymologica (Paralipp., No. 8): — signo § capita disputationis distinguuntur.

Primum igitur in brevi conspectu proponimus, *qu* singuli viri docti adhuc scripserint de figura etymologica. Quo ex numero primum affero *Lobeckium*, qui hanc rem tractavit et in Commentario ad Aiacis editionem III adiecto et absolutissime in libro, qui inscribitur ‚Paralipp. Grammaticae graecae‘ II, 501 sqq. — Huius utriusque libri quanta sint merita ad totam nostram quaestionem absolvendam, nemo sane exspectabit me quidem pluribus verbis comprobaturum esse, praesertim quod laudandi locus satis superque infra nobis paratus erit. In re autem tractanda (ut hoc unum praemittam in universum) id potissimum agit vir doctus, ut ostendat, quibus legibus figurae etymologicae usus apud Graecae linguae auctores adstrictus fuerit.

— Libellorum *post Lobeckium* editorum, qui ad ipsam nostram quaestionem faciunt. unus nominandus est *Lindneri*, qui inscribitur: ,Cothurnus Sophocleus': ex quo libro plura afferendi locus erit, ubi ad *genera* figurae etymologicae illustranda et ad singulos locos Sophocleos pervenero. — Nec vero negligendi sunt denique illi viri docti, qui cum universo studio rerum grammaticarum sint dediti, illud caput praecipue tractandum sibi proponunt, in quo agitur de accusativi vel actionis vel effecti eiusque verbis absolutis as sociati (i. e. accusativi, qui dicitur vulgo, interioris) apud Graecos usu ac forma. Tales quaestiones cum per se sane pateat haud alienas esse a re nobis proposita, tamen horum omnium virorum plurimum utilitatis nobis attulit *Schoemannus* in libro, qui inscribitur: „Die Lehre von den Redeteilen u. s. w." Licet igitur iam per hanc opportunitatem praemonere id me acturum esse, cum in universum infra dicam de figurae etym. vi ac natura, ut praecipue huius viri docti vestigiis insistam, haud neglectis sane illorum aliorum virorum sententiis, quorum et nomina et libros indicavi in conspectu librorum huic commenta- riolo praemisso.

Quibus expositis nunc accuratius videamus, *quid* singuli viri docti indicent de figura etymologica. tum quid de *ambitu* figurae, qui vocatur, dicendum sit. denique quae *genera* illius distinguamus.

Et Lobeckius primum in Paralipp. p. 501 (535) tropum etymologicum ita definit, ut significet con iunctionem nominum et verborum etymo (aut significatione) congruentium, quippe in quibus soni quaedam similitudo adhuc appareat, pleonasmi autem sensus plerumque non suboriatur (p. 504, 523: excepta una § 11 p. 539!). — At ut legimusapud Lobeckium, hac tali „licentia" loquendi — nam sic huiusmodi constructionem Lob. appellat — persaepe Graeci et ex concesso sunt usi et ita, ut ait vir doctus, ut ne densa quidem eorundem vocabulorum frequentatio molestiae aliquid iis afferret (p. 522): nos autem, inquit, ita, licentia' illa abstinemus, ut raro vocabula congenera et consona inter se committamus. — Quamquam ne apud Graecos quidem vel apud antiquissimos figuram etym. omnibus legibus liberam fuisse, in hac ipsa re summam dis- putationis Lobeckianae positam esse, supra iam monui. Atque manifestum est, ex hac disputatione plura proferendi, tempus nobis non fore prius quam de *generibus* figurae etymologicae dicendum sit, quippe ad quae universam copiam exemplorum a se perlustratorum revocaverit Lobeckius, p. 507: unum autem est, quod cum imprimis vir doctus nobis comprobatum velit, addam iam hoc loco: figuram etymologicam fere nunquam a Graecis politioris sermonis arte quaesitam fuisse, id est allitterationis affectatione (cf. ad Aiacem p. 181, i. e. versum 309), et eam non solum ex accusativis, sed etiam ex aliis casibus cum vocibus eiusdem etymi coniunctis solitam fuisse conformari.

Sed nunc audiamus *Schoemannum*, quid sentiat de figura etymologica!

Atque disputat Schoemannus de hac re in capite decimo libri illius, quem supra laudavi: quo in capite excutit quaestionem de vi ac natura *adverbiorum* eorum, quae accusativi formam induerint. — Cuius quaestionis ex genere cum sponte fiat, ut in universum agat Schoemannus de accusativi, qui dicitur,[1] interioris ratione: sane fieri non potuit, quin etiam in figuram etymol. aliquatenus vir doctus inquireret, et id qui dem verbisnon expressis, sed iis cogitatione satis adumbratis. — Censet autem Schoemannus peculiarem figurae etymologicae vim esse eam, ut attributi vices sustineat, ubicumque reperiatur. Talis notio interioris, qui dicitur, accusativi in figura etymologica conspicua, ut demonstret vir doctus unde fluat, attendendum monet, quae sit vis ac natura verbi illius ex quo accusativus (scil. in exemplis figurae etym.) pendeat. — Atque docet Schoemannus, talium verborum, sive sint transitiva sive intransitiva,[2]) vim esse duplicem, quam- quam vocabulum sit unum, quo verbi notio exprimatur: alteram vim, quae solam verbi actionem significet.

[1]) vide Curtii grammaticae Graecae §§ 400 et 401.

[2]) Confer Holzweissigium ,l. l. p. 9 sq. et, cuius praeterea mihi in mentem venit viri docti: Widmannum in ,Gymnasio' 1895: XIII, 16 („Der Dialekt in der Schule").

alteram, quae genus actionis significet et a varietate generalis actionis tamquam ad usus firmitatem revocet verbi significationem. Quas inter duas partes significationis, alteram de genere dictam, alteram ad speciem illius spectantem,[3]) quippe quae partes ambae in unius vocis, i. e. verbi ambitum confluant: — inter has, inquam, significationes ratio quae intercedit, eam Schoemannus ita definit, ut dicat, alteram ex altera veluti rem effectam ex efficiente re artissime pendere. — Schoemannus postquam in hunc fere modum disputavit de *verbis* in figura etymol. adhibitis, redit ad accusativum nominis, quae est pars altera figurae etymologicae neque ea minus gravis au levioris momenti. Atque in hac re cum iam ad illam quaestionem vir doctus progressu disputationis perductus sit, ut agat de grammatica ratione, quae verbi inter et nominis usum in figura etymo- logica intercedat, censet Schoemannus accusativum ita esse interpretandum, ut notionem is quidem habeat eandem, quae iam verbi tamquam visceribus inclusa sit, sed ut vi quadam attributiva augeatur auctusque verbi notionem amplificet. — Sic fere in universum Schoemannus de figura etymol. disserit: deinde cum disputata revocet ille ad exemplorum usum ac varietatem, probe monet, duas formas figurae distinguendas esse: unam quae ex simplici nomine eoque substantivo efficiatur, cum verbo transitivo vel intransitivo con- iuncto: alteram quae in hanc duorum verborum societatem adiectivum adsciscat quod sit genere adaptatum formae substantivi. Quae utraque forma figurae etymologicae quamvis satis usu sit firmata et exemplis com- probetur, tamen non dubium est, quin laus profectionis minor — ut ita dicam — tribuenda sit formae illi, quam primam distinxit Schoemannus, i. e. quae e nudo substantivo et e verbo conflata sit. Huius opinionis, quam equidem habeo, inde fundamentum est paratum, quod vulgo alienum esse puto a quovis genere aut dicendi aut scribendi: vocabulis dupliciter ponendis id assequi, ut cuiusvis nominis notio prorsus repetat significationem cuiusvis verbi iuxta positi: quod sane fieret, si in figura etymologica simplex nomen substantivum positum esset, quod et eandem habet notionem cum verbo et quod idem huius ex stirpe derivatum est. — Neque ab hac sententia dimoveor, quod iam dixi non deesse exempla, in quibus e nudo substantivo cum eiusdem etymi verbo consociato figura etymologica conformetur. Etenim locis longe plurimis, qui hoc faciunt, hoc potest observari: nomen substantivum notionem suam amplificasse, ita ut non rem unam significet, sed potius in res duas discedat, quarum ad alteram altera pro *attributi* velpotis praedicati parte referatur. — Cuius rei exempla, quae non pauca obvia sunt, affero haec: χοὰς χεῖσθαι, φυλακὴν φυλάττειν, πομπὴν πέμπειν, denique quae dictio ab affectu proficiscitur: μανίας μαίνεσθαι, i. e. graviter insanire.[4]) Vides igitur in tali genere structurae ne levissimam quidem abundantiae umbram residere, praesertim cum etiam apud Latinos inveniatur (vide Kuehneri Grammaticam latinam, § 72, c. 2, a). Nec vero desunt exempla, in quibus revera fit quod est *contra* legem: ut nominis notio verbi significationem prorsus repetat. Sed talia exempla omnia sunt ita comparata, ut ex inopia quadam linguae proficiscantur, veluti quod nostrates dicunt: *(der-Wind-weht), einen-Gang-gehen*, aut quod in Graecorum lingua occurrit: (τὸ πνεῦμα πνεῖ), φόρον φέρειν, κήρυγμα κηρύσσειν, alia: Lob. § 2, p. 503.

Sed iam vereor ne nimius in hoc genere videar, et quoniam ad eam partem disputationis pervenimus, ut de figurae etymologicae forma genuina et tamquam primaria loquamur, quippe quae forma constet e nominis et verbi eiusdem etymi consociatione: nunc alia quaestio oritur, quatenus *pateat* figura etymologica et quo- modo forma illius genuina variari possit.

Atque in statuendo hoc ,*ambitu*' (Lob.) figurae etymologicae dissensionem quandam intercedere inter nostrae aetatis Grammaticos, supra iam indicatum est, cum in universum disputarem de summa quae est Lobeckianae commentationis. Etenim videbamus Lobeckium tam latis finibus circumscribere figuram etymo-

[3]) et a Schoemanno dictam „Verbalnomen" vel „besonderer Thätigkeitsbegriff", ab Eschero, p. 14,2: „freiwilliger Akkusativ" (Huebschmann), ab Matthiaeo: „unmittelbares Objekt".

[4]) Substantivorum in dativo positorum exempla enumerat Lobeckius, § 8, p. 524.

logicam, ut non solum de accusativi et verbi consociatione valeret, sed etiam ubi alii casus vel aliae orationis partes verbo eiusdem etymi adiungerentur (Lob. p. 502).[5]) — Alii Grammatici — dico Kolsterum, *Schwarzium, Escherum, Lindnerum* — tantum accusativos huc referunt et plerumque hoc contendunt: figuram etymologicam nullam esse nisi in qua appareat accusativi qui dicitur interioris cum verbo coniunctio, sive exprimatur hic accusativus nomine vel substantivo vel adiectivo, sive sub pronomine cuiusvis generis vel numeri lateat: veluti in Antigonae versibus **551**: *ἀλγοῦσα μὲν δῆτ' εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ.* 1308: *τί μ' οὐκ ἀνταίαν ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει* (scil. *πληγήν*), in Aiacis vsu **358** mel.: *ἅλιον δς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν.* in Antigonae vsu 1015: *καὶ ταῦτα*[6]) *τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις.* **1073**: *ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε* aliaque exempla innumerabilia.

De tali quae intercedit inter Grammaticos iudicii dissensione ut paucis adumbrem, quid ipse putem, satis erit dixisse, unde orta esse videatur. Orta est inde, opinor, quod alii Grammatici iique veteres, qui per Lobeckium interpretem ad nos loquuntur (p 501), nihil aliud spectant in figura etymologica nisi stirpis similitudinem et congruentiam significationum, quae intercedat inter vocabula in hoc tropo composita, — alii Grammatici tantum de accusativi vi peculiari ac ratione grammatica cogitant, qui quamvis varius (et denique ‚contractus': *Lindnerus*, p. 59) appareat, unus olim fuisse videatur et in figurae etymologicae primordiis, ut ita dicam, adhibitus sit (vide *Escherum*, p. 10). — Harum sententiarum, quamvis inter eas non paulum discriminis intersit, id tamen commune est, *ut in quavis forma figurae etymologicae notio alicuius vocabuli non tota ea quidem, attamen ex parte aliqua repetatur.* Ac ne in dubio relinquatur, qualem ipse *ambitum* figurae etymologicae tribuerim in congerie exemplorum infra proponenda, id meum studui in hac re, ut Lobeckii vestigiis insisterem, id est ut omnes huius tropi ‚formas' quas Lobeckius habet, easdem et ipse ego percurrerem, haud ita tamen habita ratione etiam *‚generum'* (Lob.) figurae etymologicae, quae enumerat vir doctus p. 509, 522, alias.

Atque de his *generibus* figurae etymologicae ut denique quod restat absolvam, rem breviter ita explanabo, ut iis verbis utar quam maxime, quae etiam Lobeckius in hac re adhibuit (§§ 3, 7), haud neglecto aliorum iudicio, qui in eodem argumento tractando versabantur.

Atque Lobeckius **tria** *‚genera'* figurae etymol. distinguit, quorum de *primo* supra iam diximus: quod continet nomina et verba eiusdem etymi inter se consociata, vel, ut breviter dicam cum Lobeckio: vocabula coniugata. Quo in genere *primo* raro fit, inquit Lobeckius, ut nomen adminiculo adiectivi vel pronominis vel articuli careat,[7]) nisi aut apponitur nomen talibus verbis, quae aliunde nomen sumere non possunt nisi e notione verbi, aut nisi concinnitatis gratia nomen ascitur aut gravitatis gratia (*εὐχὰς εὔχεσθαι*), aut nomen ab affectu profectum ‚proletariam' quandam loquendi rationem redolet (*λῆρον ληρεῖν*, Lob. p. 507: q. e. ‚meras nugas loqui'): quam rem pluribus retractabo, si ad finem commentationis pervenero.

[5]) Ad rem illustrandam Lob. haec affert exempla: *πεπόλιστο τεῖχος;* — *χρυσὴν γαῖαν ἔχευεν. φαεινὴ ἀμφὶ σελήνην φαίνεται:* — *κλῆδην κικλήσκων. πέρνασκε πέρην ἁλὸς* ‚aliaque huiusmodi exempla a Scholiographis sedulo animadversa' (Lob.)

[6]) Ad haec exempla e pronominis obliquo casu effecta eoque in neutro genere posito vide quid Kruegerus doceat in Gramm., tom. II § 46, 3. ann. 3. 4.

[7]) Eadem lex valet apud Germanos, quod perspicitur e talibus exemplis: „Wir freuen uns der Himmelsfreuden, dass wir sind" (Klopstock, d. grosse Hallelujah); — „Ich muss die Laute nehmen, Fliegen den kühnen Flug" (idem, mein Vaterland); — „Du fragst sie auch, die ernste Frage, die schreckliche" (idem, der Gotteslengner); — „Wohl ihm, der bis auf die Neige Reue gelebt sein Leben hat" (Herder). — „Ja Dich, Du Segensquell, erhebt, Was nur ein halbes Leben lebt, Und freut sich Deiner Güte" (J. Miller). — Selig, welchen die Götter, die gnädigen, von der Geburt schon liebten, — Ihm ist, eh' er es lebte, das volle Leben gerechnet" (Schiller, das Glück); — „Sein Geschenk allein ist dieses neue Leben, das ich lebe" (idem, Piccol. III, 8, 76). „Und nun, welcher Gedanke war es, den ich jetzt dachte? (Lessing, Philotas: quod est exemplum e pedestri sermone desumptum), alia. — Neque nunc occasionem quae est data praetermitto, quin pauca addam de simili-

Neque praetermittendum est hoc loco illud iudicium, quod Lobeckius facit de vi parechesis, quam dicit, cuius sensus in hoc genere nonnunquam suboriatur. Dicit enim p. 531: ‚Similis coniunctorum sonus atque significatio et ad aures fortius accidit et animum diutius in eadem cogitatione defigit et persaepe intellectum adiuvat orationemque acriorem reddit et instantiorem'. —

Figurae etymologicae aliud genus Lobeckianum exsistit, si pro verbis coniugatis auxiliaria substituuntur, quorum Lobeckius duas species numerat (p. 509): ‚unam generalem, qua continentur faciendi et habendi verba (*ἐρεισμὸν ἔχειν τινός*), alteram magis definitam neque omnium verborum actionibus aptam' (*ὕβριν φαίνειν. κλεινὸν ἔπος πέφανται*).[8])

Tertium genus Lobeckianum in species discedit duas, quarum altera (eaque infra a me genus ‚alterum' nominata in congerie exemplorum) constat e verbi cum substantivo synonymo coniunctione[9]) [tale locutionis genus unde omnino originem capiat, copiosius explicat Schwarzius, p. 5], altera exstat iis locis, ubi substantivum etymon quidem et etiam significationem a verbo habet diversam, notio autem substantivi eodem modo refertur ad significationem notionis verbalis (quippe quae mente suppleatur), quemadmodum notiones speciales qualibuscunque generalibus notionibus subiciuntur (v. Wunderum, § 2, VIII et § 3). — Ad hanc alteram speciem illustrandam praeter illud quod Lobeckius habet exemplum ex Pindaro (p. 510) allatum: *χάριν κελαδεῖν.* q. e.: *κελάδημα χαριστήριον κελαδεῖν.* affero haec: ex Antigonae vsu 781: *Ἔρως ἀνίκατε μάχαν.* qui versus, si ad verbum exprimitur, sic verti potest germanice: „O Eros, unbesiegbar in Schlachtensiegen", — vel affero Antigonae versum 1146: *Ἰὼ πῦρ πνεόντων χοράγ' ἄστρων* [sc. *Βακχεῦ*]: de hoc versu vide Kolsterum, 2, d, — vel Oed. Col. versum 1204: *τέκνον, βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτέ με:* Lindn. p. 58, Kolster. § 5, — Antigonae versum 1352: *ἀποτίσαντες πληγάς,* q. e.: *τισιν πληγῶν ἀποτίσαντες.* — Trachiniarum versum 506: *τινες ἐξῆλθον ἄεθλα.* quocum haud incommode comparamus quod nos dicimus: „Gefahr laufen", i. e. laufen den Lauf der Gefahr (? *in* die Gefahr)", — alia: Ai. 435 (*καλλιστεῖα ἀριστεύσας*). 1058 (*τύχῃ θανεῖν*), et apud Lobeckium (p. 523) et apud Forbergium congesta. — denique exempla etiam in lingua latina prompta et obvia, veluti *mortem (letum) occumbere, vincere causam (iudicium), coronari Olympia*

tudine quae inter varias, quas figura etymologica habet, rationes usus intercedere mihi videatur. Puto enim figurae etymologicae vim esse eam, ubicumque occurrat, *potissimum si ad primordia usus descendamus*, ut auribus hominum blandiatur quam maxime. Huius rei testimonium est — nam exempla, ut est in proverbio, demonstrant — quod, si auctoritatem Escheri (p. 11) praetermitto, inter Goethii opera exemplum vix unum inveni in libris eis, quos poeta inscripsit: „Wilhelm Meister", „die Wahlverwandschaften". Ac certe quod in rerum quidem, non in sensuum descriptionibus poeta et cum arte in illis libris versetur: inde factum est, ut ad legentium usum multo magis quam ad audientium verba sua adaptaret. Neque non iuvat *contra* afferre, quod rem firmare potest: me exempla multa repperisse his locis, quos nuperrime iterum perlustravi: primum in multis carminibus melicis: in carminibus quae scripserunt poetae Arndt, Schenkendorf, Rueckert, — et poetae qui proximo saeculo fuerunt: Dan. Schubart, Ew. de Kleist, Gleim, Lessing: — item in omnibus carminibus, quae vocamus, epicis („Cid", „Reinicke Fuchs". — vide Faesi ad Hom. Od. 3. 141), aut in carminibus ex alio genere iis quidem desumptis, sed in quibus chorum poeta inducit loquentem („Braut v. Messina"): — item ubi dictionis quandam simplicitatem atque sinceritatem, ut est e moribus vetustatis, poetae imitantur (G Freytag, „die Ahnen", — L Uhland); praeterea apud oratores eosque et priorum et recentiorum temporum, veluti, ut ex multis exemplis afferam unum: apud Bismarckium in oratione nuper habita: „Wir können das Leben eines grossen Volkes leben"; — item in orationibus, quas vocamus, ecclesiasticis: — item in multis rebus, quae ad forensem usum pertinent aut quae proverbii speciem prae se ferunt: — praeterea sescenties in Bibliis Bibliorum. — Denique non disconvenit lex synonymis. (Vide Escherum, pag. 90, ann 1. Schwarzium, p. 4. 5).

[8]) In hoc usu apparet nullum aut aetatis aut dialecti discrimen. Lob. p. 508. — Exempla huius generis haec alia e Sophocle collegi: Ai. 1287: *ἅλμα κουφιεῖν.* q. e.: *κοῦφον ἅλμα ἅλλεσθαι.* O. C. 223: *δέος ἴσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ.* q. e.: *δέος δεῖτε μηδέν.* El. 302: *ὁ σὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος.*

[9]) Huic generi figurae etymologicae Lobeckius nomen etiam dat generis facti, ut ait, ex **homoeosematis.**

(Kuehneri gramm. II., § 72 c) 2. c) — et in theotisca lingua: „Schlitten fahren“, „eine gute Klinge schlagen“, „Karten spielen“.[10]) [11])

Verum ut eo, unde degressa est, referat se oratio, priusquam missam faciamus quaestionem institutam, restat ut mentionem faciam Lindneri, qui singulari ac nova ratione utatur in figurae etymologicae generibus distinguendis. Lindnerus enim omnia quae Lob. distinxit genera figurae communi nomine appellat *figuram etymol. amplificatam*, si quidem ita sunt ea comparata, ut praeter accusativum, qui notionem verbi repetit, alius accusativus accedat pendens a figura etymologica, quasi una sit verbalis notio. — Et quidem ‚summi cothurni‘, inquit vir doctus, ‚talis figura est ac nonnisi in locis elatissimis chori diverbiique reperitur. Apud Aeschylum huic figurae frequentius occurrimus, cum grandiloquentia eius consentanea ac nativa sit. Euripides ita effuse utitur, ut etiam tenuiores orationis locos ea adornet. Frequentissime verbis exsultandi lamentandique formatur‘. — *Contrahitur* autem figura etymologica, inquit Lindnerus, si notio substantivi verbalis pronomine quodam suppletur. Usitata est haec ratio loquendi etiam apud prosaicos, Platonem, Xenophontem, alios. Novit eam iam Homerus. *Apud Sophoklem* saepissime *in Oedipo Rege* occurrit, quae res multum contulisse videtur, ut haec fabula illius dictionis pressae et austerae accusaretur.‘

Apparet nimirum talem distinctionem, quamvis commode per brevi loquentiam necessitati usus sit adaptata, tamen a grammaticorum usu vulgo recepto, et imprimis priorem illius partem valde discedere. —

Aliter denique et magis convenienter grammaticorum nostrae aetatis praeceptis Schwarzius figurae etymologicae fines circumscribit atque ita ut duo genera numeret: alterum, quod, si e vocabulis conjugatis conformetur, *simplicem* vocat figuram etymologicam, alterum, cui nomen indit „Die *erweiterte* fig. etymol.“, in quo vocabulis conjugatis vel synonyma vel ‚heterosemata‘ (Lob.) substituuntur.[12])

His transactis quoniam vidimus primum, quae sit via ac natura figurae etymologicae, — tum quid de ambitu figurae dicendum sit, — denique quae genera illius distinguamus: nunc in eo est ut ad singulos locos Sophocleos percensendos accedam.

Praemonendum autem est, priusquam ad hanc rem me accingam, satis mihi fuisse, illorum etymologicae figurae generum et collegisse et illustrasse exempla, quae e vocabulis conjugatis et quae e synonymis conflentur. — Nempe quominus latius vagarer in re proposita, praepeditus sum eo, quod studui ne nimis hunc commentariolem extenderem.

[10]) Huic generi figurae etym. Lobeckius nomen dat generis facti, ut ait, ex heterosematis.

[11]) Forbergius cum l. l. in explicanda structura παθεῖν βαθεῖν, νόσον κεφαλῆς occupatus sit, copiosius etiam de his aliis exemplis figurae etymol. atque luculentissime disputat: ἁμαρτάνειν ἔργα (Thuc. 3. 67. 5). ἁμαρτάνειν ἔπη (Soph. Ai. 1093 sqq.). τρέπεσθαι ὁδόν. Med. et Pass. (Her. 1. 189). Ilias K 195: βασιλῆες ὅσοι κεκλήατο βουλήν. — ὅρκια (σπονδάς, φιλίαν) τέμνειν. — ὀρχήματα αὐτοδαῆ ἰάπτειν (Soph. Ai. 700). — κίνδυνον (ἀναρ)ρίπτειν (Thuc. 4.85). — τιμωρίαν ἀποκτείνειν τινα (Plato, apol. Socr. 39. C). — ἑστιᾶν γενέθλια, γάμους (sive θύειν γάμους etc.). — E Wunderi commentatione haec affero exempla. Ai. 55: ἔκειρε πολύκερων φόνον. — κολάζειν ἔπη τινά (aliquem). — 134 sq. 1500. 301 sq. (p. 83): ὕβριν ἐκτείνεσθαι κατά τινος. — 137 sq. ἔργα χειρὸς ἀρκέσαι. — denique νεῖκος, πόλεμον, δίκας ταράσσειν: ad Antigonae vsu. 786 (p. 81).

[12]) vide Escherum Wunderi commentationem censentem, quae contra Lobeckii Aiacem evasit anno 1837.

Accedit quod ad etymologicae figurae *genus tertium* nonnulla exempla iam supra attuli, quibus exemplis etiam haec reliqua atque pauca, quae inveni, liceat mihi iam per hanc opportunitatem proponere.[13])

Praeterea quod mihi praescripsi, ut exempla collecta et compararem et illustrarem breviter: harum rerum altera ita me absolvam, ut ad certa capita universam copiam exemplorum revocem et id quidem ita ut paragraphis numerisque continuis exsignata facile distinguas, illustrandi autem — quod est tertium munus huius commentarioli — satis superque nobis dabitur locus, ubicumque disceptari poterit, *aut* quomodo omnino versus aliquis interpretandus sit, *aut* ubi de textus conformatione viri docti adhuc dissentiunt, *aut* ubi praesertim de excusatione agitur, quam habeat verbi nominisque consociatio, cui deest attributi adminiculum: de hac ratione illustrandi *tertia* videas quaeso, quod accuratius exponam post prolatam hanc congeriem exemplorum.

Denique unum est quod absolvam paucis quodque cum absolvero haud parvam levationem mihi parabit ad rem propositam. Atque agitur de re, qua me liberatum etiam diu volo magnopere et quam praemoneri iure exspectant ii, quos lectores infra habebo. Etenim cum quasi ad limen totius rei, principalem dico, quae est huius commentarioli, partem provectus sim: est nunc in eo, ut, quod in animo habeo, dicam. Atque peto hoc equidem iterum atque iterum: ne me in indicando destituant lectores benignitate ea, qua est opus cum huic toto commentariolo, tum exemplorum quae sequetur congeriei. Nam in re tractanda cum aliquotiens fieret ut et difficultatibus ipsius rei et muneris mei utpote praeceptoris occupationibus valde praepedirer, certe hoc excusationi mihi erit, quod materiam non totam absolvi, sed satis habui, illius quasi fundamenta et lineamenta adhuc iecisse. — Sed cum haec ita sint, tamen vix habeo cur timeam, ne aut omnino nihil profecisse aut egisse nugas ipse mihi videar. Immo ne aliqua spe bona ipse me in hac re detrudam, commoveor eo, quod et per longum tempus operam non parvam huic rei navavi et quod certe hoc puto equidem me profecisse, cum in fabulis Sophocleis *identidem* legendis adhuc versarer: ut ex his tribus fabulis, quod omnino potuit, id a me exhauriretur: ex Oedipo Rege et ex Oedipo Coloneo et ex Antigona. Ceterum modo ne tempus deficiat, animum induxi, rem inceptam perficere, — quae adhuc peccavi, corrigere.

Jam vero ad rem ipsam accedo.

[13]) Haec sunt exempla eaque dubia nonnulla haud parum: Ai. 2: δέδορκά σε Πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον, quae verba rectissime interpretari videmur, si notionem unam et eandem ascribimus et substantivo πεῖραν et verbo θηρᾶσθαι, ita tamen ut ad vocabula illa valeat id quod Lob. (§ 7) disputat de his similibus dictionibus: — σπεύδουσαν ὁδόν. — κύρους ἐρευνᾶν. — τέλος σφῆσαι. Nam hae dictiones, ut Lob. ait, ‚vim eam habent ut distinguantur nota quadam propria cuiusque actionis momenta et quasi gradus‘. Habes igitur hoc loco exemplum figurae etymol. ex homoeosematis factum, et additamentum illud, quod ex regula poscit substantivum (πεῖραν), fortasse sub verbis latet, quae πεῖραν inter et θηρώμενον posuit poeta. Quamquam haesitamus in uno: quod poeta omisit articulum τοῦ. — Trach. 790: πολλὰ δ' οἰμωγῇ βοῶν: de hoc exemplo non liquet, quomodo indicandum sit: nam dubitari potest, utrum ex vocabulis homoeosematis (— σπεύδουσαν ὁδὸν) conformatum sit (ita ut contra regulam epitheton omittatur, nisi latet in adiectivo πολλά) an conformatum ita, primum ut constet ex heterosematis (ad similitudinem illius quam Lob. affert dictionis: κωκύειν γόους) et simul ita conformatum, ut voces duae οἰμωγῇ βοῶν pro una intelligendae adsciverint epitheton πολλά. — Ai. 290: τί τήνδ' ἄκλητος οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων κληθεὶς ἀφορμᾷς πεῖραν. Ad hunc versum adnotat Lobeckius: ‚potuisset poeta etiam tropo etymologico dicere: τί τήνδε πεῖραν πειρᾷ‘: Tamen vel contra Lobeckium fortasse sic est versus interpretandus, quasi sentiat ac dicat Tecmessa: τόδε τὸ ἀφορμᾶν ἐστι ‚πεῖρα‘ i. e. periculum, — quippe propter adiectum ἄκαιρος et ὑπ' οὐδενὸς κληθείς. ‚Ergo‘. — sic fere pergit Tecmessa et alloquitur Aiacem: — ‚τί τήνδε πεῖραν ἀφορμᾷς‘: quae verba in nostratium linguam sic transferimus: „was läufst du so Gefahr“: exemplum fig. etym. ex heterosematis factum. — Adde quod Lobeckius ipse dubitat, utrum nomen repraesentet notionem actionis verbo ἀφορμᾶν subiectae an rem agenti propositam. Similis dubitatio movetur in interpretando *Schilleri* versu, quem legimus in fabula, cui titulum dedit poeta: „Die Piccolomini“. V. 1. 215 sq.: „mit leisen Schritten schlich er seinen bösen Weg“. — Alia exempla inveniuntur in Oed. Regis versu 917 (Do. 890): εἰ φόβους λέγοι. — item in Antigonae vsu 133: νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι mel., quem ad versum conferas quid Ell. disserat s. v. ἀλαλάζειν.

Divisio materiae.

Caput (§) 1.

Componuntur verba cum nominibus eiusdem etymi.

A.: Nomina substantiva coniunguntur cum verbis.

I.

Nomen substantivum in accusativo positum est eoque interiore, ut dicunt Grammatici (*Lob.* § 1—7):

a) substantivum neque articulo est auctum neque attributo.

O. C. 177 (Do. 472): *χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω*: attributi quaedam vis latet sub forma plurali nominis *χοάς* (v. Krueger. § 46, 5 Anm. 2). *Ant.* 551 (Do. 549): *εἰ γελῶτ' ἐν σοὶ γελῶ*: attributi suppressio inde habet excusationem, quod *acerbitatis* in verbo, *risus* in nomine significatio inest (Ell. Sed Schwarzius nescio an probabili emendatione sic versui succurrit (p. 9): *ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γελῶ γ', ἐν σοὶ γελῶ*. *Ant.* 577 (Do. 575): *μὴ τριβὰς ἔτ'. (ἀλλὰ ...)* in quo versu, inquit Hermannus, supprimitur verbum nomini *τριβάς* aptum, *συμβάλλετε*, *ποιεῖτε* vel simile aliquid (Kolster p. 283 § 1 a supplet *ποιεῖτε*). *Phil.* 605 (Do. 591): *Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο Ἕλενος*: ubi Lob. (p. 523) adnotat: *ὄνομα* nomen ad *definiendam* vim verbi positum esse (v. § 1 C). — Denique huc afferendus est *Antigonae* vs. 1247 (Do. 1213): *ἄχη τέκνου κλύουσαν ἐς πόλιν γόους οὐκ ἀξιώσειν*: si recte Schneidewinus (in edit.) indicat, ad substm. *γόους* supplendum esse *γοᾶσθαι*, — aliter Hermannus, qui ad verbum *ἀξιώσειν* — inquit — „ex sequente versu retrahi debere *στένειν*, recte vidit Seidlerus meus".

b) substantivum auctum est pronomine relativo.

vel potest substm. ad relativum pronomen suppleri. *O. R.* 554 (Do. 547): (*τὸ δὲ*) *πάθημα ποῖον φῂς παθεῖν, δίδασκέ με*. *O. R.* 1487 (Do. 1449): *νοούμενος τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου, οἷον βιῶναι σφὼ πρὸς ἀνθρώπων χρεών* (lectio vulgata): substantivum, ad quod relativum refertur in enuntiato primario, auctum est adiectivo. — *O. C.* 361 (356): *ἐγὼ τὰ μὲν παθήμαθ', ἅπαθον, τέκνον*: substantivum, ad quod relativum refertur in enuntiato primario, auctum est articulo. — Alia exempla.

c) substantivum auctum est articulo

1. articulus simpliciter positus est.

Ant. 384 (Do. 382): *ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἐξειργασμένη*: poeta cum scriberet *τοὔργον*, omnia illa in animo habuit, quae de Polynicis sepultura antea dicta erant; articulus igitur rem plane notam significat, ita ut appareat eam pro attributo esse positam. *Ant.* 428 (Do. 425): *ἐκ δ' ἀρὰς κακὰς ἠρᾶτο τοῖσι τοὔργον ἐξειργασμένοις*. *Ant.* 942 (Do. 923) mel.: *τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα* (sc. Antigona): quae verba sic vertit Schneidew. germanice: „die *schuldige* Pflicht der Frömmigkeit thun". — *O. R.* 889 (Do. 867) mel.: *εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως*: articulus etiam hoc loco vim quandam amplificatam habet, ut aequet possessivum

pronomen „suum". *O. R.* 348 (index III, 3). — *Ant.* 239: *τὸ γὰρ πρᾶγμ' οὔτ' ἔδρασ' οὔτ' εἶδον ὅστις ἦν ὁ δρῶν*. 536 (Do. 534): *δέδρακα τοὔργον*.

2. articulo accedit adiectivum praedicative intellegendum.

O. R. 525 sq. (Do. 519): (*τοὔπος ἐφάνθη ταῖς ἐμαῖς γνώμαις ὅτι*) *πεισθεὶς ὁ μάντις τοὺς λόγους ψευδεῖς λέγοι*. — *O. C.* 753 sq. (749): *ἆρ' ἄθλιον τοὔνειδος, ὢ τάλας ἐγώ, ὠνείδισ' εἰς σὲ κἀμέ*; — *ἄθλιον* praedicative positum est et articulus *τὸ* attributi sustinet vices ad *ὄνειδος* substantivum appositi. — *Philoct.* 1248 (Do. 1209): *τὴν ἁμαρτίαν αἰσχρὰν ἁμαρτὼν ἀναλαβεῖν πειράσομαι* (vide Schwarzium, p. 9).

d) substantivum auctum est nudo aut adiectivo aut pronomine.

O. C. 1691 (Do. 1673) mel.: *ὡς ἔμοιγ' ὁ μέλλων βίος οὐ βιωτός*. *Aias* 956 (Do. 913) mel.: *γελᾷ δὲ τοῖσδε μαινομένοις ἄχεσι πολὺν γέλωτα. φεῦ φεῦ* (vide Nauckium (ad Ai. vsm. 382), cui cum placeat scribere in hoc versu *γέλωτα γελῶν* pro *ἄχεσι*, adversatur Kvicala in „zs. f. G. W.", XII, 403 (Schwarzius, p. 9). — *O. R.* 810 (793): *οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτεισεν* (sc. *τίσιν*). — *Trach.* 582 (572): *τάς τε τολμώσας στυγῶ*: quo in versu apparet ad verbum *τολμώσας* ex antecedente versu supplendum esse *κακὰς τόλμας*. — *Ant.* 1045 (Do. 1020): *πίπτουσι δ', ὦ γεραιὲ Τειρεσία, βροτῶν χοἰ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἴσχρ', ὅταν λόγους αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν*. — *Phil.* 59: *πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον, ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν στράτευμ' Ἀχαιῶν, ἔχθος ἐχθήρας μέγα* (fig. etymol. „amplificata", Lindner., p. 58). — *Elect.* 1034 (1012): *οὐδ' αὖ τοσοῦτον ἔχθος ἐχθαίρω σ' ἐγώ*. — *Phil.* 173 (171) mel.: *νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν* (in vsu 1326 (1286) vox synonyma posita est pro *νόσος*: *τὸ ἄλγος*). — *Aias* 317 (Do. 304): *ὁ δ' εὐθὺς ἐξῴμωξεν οἰμωγὰς λυγράς*. — *Phil.* 1419 (Do. 1377): *ὅσους πονήσας καὶ διεξελθὼν πόνους*. *Elect.* 209 sq. (Do. 203) mel.: *οἷς θεὸς ... ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι*: quo in versu cum quattuor voces incipiant ab littera π, arte quaesitum videtur, ut tota oratio animi exacerbitatem redoleat illam, qua Electra est imbuta (Schwarz., p. 10). — *Phil.* 276 (Do. 270): (*σὺ δή, τέκνον*) *ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς αὐτῶν βεβώτων ἐξ ὕπνου στῆναι τότε*; *Ant.* 1201 (Do. 1166) (706): *καὶ τὸν μὲν λούσαντες ἁγνὸν λουτρὸν ἐν νεοσπάσιν* (*θαλλοῖς συγκατῄθομεν*). — *Phil.* 917 sq. (Do. 888): Neopt.: *μὴ στέναζε, πρὶν μάθῃς*. — Phil.: *ποῖον μάθημα* (sc. *μάθω*); — cum quo versu conferas *Trachiniarum* vsm. 450 (Do. 445): *μάθησιν οὐ καλὴν ἐκμανθάνεις*: quae verba sic Schneidew. vertit germanice: „so hast du nichts Schönes gelernt."

O. C. 517 sq. (Do. 514) mel.: *τό τοι πολὺ καὶ μηδαμὰ λῆγον χρῄζω, ξεῖν', ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι*. — — **Verba faciendi**: *Ant.* 1201 (706): *λοῦσαι*). *Elect.* 320: *μέγα πρᾶγμα πράσσειν*. *Trach.* 706 (Do. 695): *ὁρῶ δέ μ' ἔργον δεινὸν ἐξειργασμένην*. *Ant.* 1227 (1193): *ὦ τλῆμον, οἷον ἔργον εἴργασαι*; — *Trach.* 745 (734): *τοῦ πρὸς ἀνθρώπων, τέκνον, ἄζηλον οὕτως ἔργον εἰργάσθαι με φῄς*; — quem versum a Dindorfio servatum uncis seclusit Nauckius, quia non conveniret metricis huius loci rationibus. — **Verba dicendi**: *Aias* 127: *μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς ἐς θεοὺς ἔπος ὑπέρκοπον* (et alia exempla e verbis dicendi ficta), quae in brevius contrahere nunc mihi liceat, ne commentariolum nimis extendam: *μηδὲν ἀντειπεῖν ἔπος*. O. C. 1279 (1270): *οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔπος*. Ant. 1232 (1197): *λέγειν λόγον ἄφραστον*. Ai. 214 (211): ... *ἀπόβλητον*. Ai. 482: *προσφιλεῖς λόγους λ.*, El. 672 (656): *αἰσχροὺς λόγους λ.*, Ant. 1045 (1020). *τοιάσδε τοὺς λόγους λ.*, O. R. 755 (738); et passivum: *λόγος λέλεκται πᾶς*. Phil. 389 (383). Trach. 290 (284). O. R. 1419 (1381): *οἴμοι, τί δῆτα λέξομεν πρὸς τόνδ' ἔπος*; Ant. 1245 (1210): *ἡ γυνὴ πάλιν φρούδη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν λόγον*. O. C. 115: *τίνας λόγους ἐροῦσιν*; — Verborum dicendi, quae sunt minus generali notione imbuta, haec affero exempla: Philoct. 522 (509): *τοὔνειδος τοῦτο ὀνειδίσαι εἴς τινα*; O. C. 60: *τοὔνομα τὸ τοῦδε ὀνομασμένοι*; Phil. 1380 (1340): *ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας, τί φῄς ποτε*; O. C. 951: *πικρὰς ἀρὰς ἀρᾶσθαι*. Ant. 428. — Ant. 1021 (995): *οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀπορροιβδεῖ βοάς*. O. C. 302 (297): *τίς δ' ἔσθ' ὁ κείνῳ τοῦτο τοὔπος ἀγγελῶν*; — Nec desunt denique versus Sophoclei, ubi notiones dicendi non etymo eae quidem, sed significatione congruentes componuntur: quorum versuum magnam copiam, sed non totam (Aias 500 etc.) enumeravit Schwarzius p. 12, haud neglectis neque

clamandi lamentandique verbis[14]) (p. 13), neque minandi,[15]) iactandi,[16]) obiurgandi, accusandi,[17]), obtrectandi,[18]) conviciandi,[19]) similium.

e) substantivum auctum est genetivo nominis substantivi (v. § 2, 1).

Trach. 79: ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν. *O. R.* 233 sq.: εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε καί τις ἢ φίλου δείσας ἀπώσει τοὔπος ἢ χαὐτοῦ τόδε: quibus in versibus Kolsterus ad participium δείσας supplet nomen δέος, ita ut totam structuram (δεῖσαι δέος τινός), quippe quae conveniat illis quae Lobeckius disputat de *Tautologia* φόβον φοβοῦμαι (p. 513), dictam esse statuat non de eo qui amicum, sed de eo qui amico timeat. Quam quam nescio equidem an rectius haec verba intellegat Schwarzius, cum δείσας φίλου accipiat pro κηδόμενος φίλου — id veritus, si Kolsteri sententiam sequeretur, ne non commode posset explicare genetivum χαὐτοῦ. — Denique non plane omittendi sunt — *Trach.* 1062 (Do. 1039): γυνὴ δὲ θῆλυς φῦσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν. *Trachiniarum* versus 627 sq.: ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν Προσδέγματ' αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως, cuius sic legit Schneidewinus, aliter Dindortius (τὰ τῆς ξένης ὁρῶν Προσδέγματ'. αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως), auctoritatem si sequimur, hic versus vix in figurae etymologicae exemplis potest referri, sed amplificationis. Sed Nauckius inde a IV. editione Trachiniarum et item Dindortius in editione Lipsiensi totum versum 628 secluserunt, nescio equidem an errantes, cum per se nihil habeat offensionis, quod e verbo ὁρῶν et accusativus obiecti pendet τὰ προσδέγματα et enuntiatum relativum, incipiens a coniunctione ὡς, quo obiectum illud accuratius definiatur. Neque enim dissimilia sunt, quae verba paulo ante legimus in versu 624: καὶ γὰρ ἐξεπίσταμαι Τά γ' ἐν δόμοισιν ὡς ἔχοντα τυγχάνει: cui epexegesi multa similia apud Graecos inveniuntur (Lob., par. 13). — Et profecto ne Schneidewini quidem displicet lectio illa, utpote incurrens in speciem *amplificatae*, quam vocat Lindnerus, figurae etymologicae, de qua supra dictum est (p. 10) et quae subest etiam in dictione, quam, verbo ἐγθαίρειν effectam, attuli in pag. 15 (Lob. p. 519—521).

Haec sunt exempla Sophoclea illa, quibus accusativi interioris, qui dicitur, cum coniugato verbo copulatio illustretur. Cum autem multo saepius poeta *synonymorum* coniunctione usus sit, ex multis, quae huc faciunt, exemplis pauca attulisse satis erit, illis scilicet omissis, de quibus supra iam dixi, cum fieret mentio verborum dicendi, lamentandi, similium.

[14]) βοᾶν ὄπα (μέλος, βοάν): θωΰσσειν βοάν: ἀναρσίαν ἀχεῖν καναχὰν (Trach. 642 (631)): ἀχεῖν κωκυτὸν (γόους): γοᾶσθαι ὀδύρματα, ἀνακωκύειν φθόγγον Ant. 423 (421) etc. (cfr. Lindner., p. 58): — denique unum exemplum passivae constructionis: O. C. 1500 (1483): τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος; —: ἠχ. κτύπ. dictum est, quasi scripsisset poeta: ἠχεῖται ἦχος. — κτύπος et ἦχος synonyma sunt (vide Wunderum in censura Aiacis a Lobeckio editi).

[15]) Ai. 312 (299): δεινὰ ἔπη ἀπειλεῖν τινι. *O. C.* 658 (Do. 656): πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ πολλὰ δὴ μάτην ἔπη θυμῷ κατηπείλησαν: quem versum sic Hermannus vertit latine: „multae iam minae multa inania per iram minatae sunt". — Tamen haud mediocrem dissensionem haec verba apud interpretes moverunt. Etenim codicum lectio cum ab Hermanno eaque ex ipsius poetae dictione defendenda retineatur, tam inepta videtur Nauckio, ut Sophoclem coniciat scripsisse: πολλοὶ δὲ πολλοῖς ... etc.; Schwarzius autem emendat: πολλοὶ δ' ἀπειλαῖς ... etc.. — Sed utcumque viri docti hunc versum putant Homeri nisus in Od. XI. 34: εὐχωλῇσι λιτῇσί τε (ἐλλισάμην). — Sed utcumque viri docti hunc versum curandum, tamen certum exemplum praebet figurae etymologicae et id aut hoc loco aut in § 1 A. IV enumerandum.

[16]) Ai. 770 (Do. 735).

[17]) O. R. 512 (508): δεινὰ ἔπη κατηγορεῖν. 529 (523): κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτό μου.

[18]) El. 388 (Do. 380). O. C. 484 (479).

[19]) Phil. 382 (376): τοιαῦτ' (ἀκούσας κἀξ)ονειδισθεὶς κακά, quem ad vsm. adnotat Schwarzius, nonnunquam a poeta vocabulum κακά usurpatum esse pro ὀνείδη (cfr. El. 288 (280)).

Ad caput (§) 1, A, I a).

Aias 672 (640). ἐξίσταται κύκλος. Τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν. — *Phil.* 1411 (Do. 1370 sq.): φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους Ἀκοῇ τε κλύειν λεύσσειν τ' ὄψιν: verba λεύσσ. ὄ. Lobeckius (p. 525) vertit ita, quemadmodum Latini dicunt *praesentem videre*; apertum igitur est nominis ac verbi discrimen, ita ut nomini ὄψιν non sit opus attributi adminiculo.

Ad caput (§) 1, A, I c).

Ad c) 1. *O. C.* 1720 (1699) mel.: ἀλλ' ἐπεὶ ὀλβίως γε ἔλυσεν Τὸ τέλος, ὦ φίλαι, βίου (cf. Trachiniarum versum 1170 et quae ibidem Wunderus adnotat de vocibus λύσιν τελεῖσθαι). — Ad c) 2 (*El.* 470 (463) πικρὰν δοκῶ με πεῖραν τήνδε τολμήσειν ἔτι: πεῖραν pro τόλμημα positum esse viri docti consentiunt (τολμᾶν de tolerando malo dictum videtur Ellendtio, Nauckio et Schwarzio non item)).

Ad caput (§) 1, A. I d).

Ant. 856: πατρῷον δ' ἐκτίνεις τιν' ἆθλον: „patet hinc et ex aliorum tragicorum exemplo, discrimen a grammaticis (ut Ammonio, Eranio Philone, aliis) inter ἆθλος et ἆθλον constitutum non observari": Ell. in lex. — ἆθλον utrum de labore et aerumna hoc loco dictum sit, an de poena, in dubio relinquitur. — *Aias* 70: σὴν πρόσοψιν εἰσιδεῖν. 1058 (1013): τήνδ' ἣ ᾽πὶ νῷν εἴληχε τύχην, θανόντες ἂν προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ. — *El.* 1414 (1383): παῖσον διπλῆν (sc. πληγήν q. e.: παῖσμα): cfr. Antig. 1307 (1273) et quae ad Oed. Col. 544 (512) Wunderus adnotat et quae Ellendtius s. v. νόσος. — *El.* 599 (583): ἢ ζῶ βίον μοχθηρόν. 461 sq.: σοὶ δ' ὑπούργησον τάδε Ἐμοί τε ἀρωγά. — 532 (516): οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ λύπης: ad quem versum Nauckius ostendit καμεῖν λύπην similiter positum esse ac λυπεῖσθαι λύπην, κάματον κάμνειν etc., — (471). — *O. C.* 484 (Do. 479): τασδ' ἐπεύχεσθαι λιτάς. — 870 (867): Ἥλιος δοίη βίον Τοιοῦτον οἷον κἀμὲ γηρᾶναί ποτε: nomen βίον positum est pro γῆρας, quod nomen cum significationem habeat angustiorem quam βίος, in illius locum facile substitui potest. — *Phil.* 940 (910): οἷ' ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασεν οὑξ Ἀχιλλέως. — 1251 (1211): σὺν τῷ δικαίῳ τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον: in quo versu verba illa τὸν σὸν οὐ τ. φ. non de Achaeorum exercitu, i. e. de causa formidinis puto intellegendum esse, sed de Ulixis metu, quem sua dignitate alienum esse iactat Neoptolemus (cf. Schneidew. et item Lob. in p. 513), — 1326 (1286): νοσεῖς τόδ' ἄλγος. — *Ant.* 514 (512): πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾷς χάριν; „δ. τιμᾶν χ. oxymoron habet pro ἀσεβεῖν εἰς": Ell. in l., — 772 (767): μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν; —

Ad caput (§) 1, A, I e).

Aias 760 (725): ἔφασχ' ὁ μάντις ὅστις ἀνθρώπου φύσιν Βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονῇ: quem vsm sic fere vertimus germanice: „wer, Mensch geboren, nicht in Menschen Weise denkt": βλαστεῖν pro πεφυκέναι (φῦναι) usurpatum legimus etiam his locis: El. 439, 1091 ch. (cf. Ell.). — *O. C.* 563 sq.: ὥσπερ σύ, χὡς τις πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξένης Ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τὠμῷ κάρᾳ: Nauckius ἤθλησα vocem interpretatur per ἐκινδύνευσα, et verba ἐν τὠμῷ κάρᾳ attributi loco, tamquam pro genetivo posita sunt. —

Denique priusquam ad novum caput commentationis transeam, quae restant exempla de **verborum eundi** usu proferenda, haec paucis absolvam ita, ut sola vocabula, quae consociavit poeta, proponam, versus ipsos non exscribam, ubi leguntur: Ὁδὸς (quae vox scilicet de itione, non de via intellegenda est) + βαίνειν: Ai. 994 (950), Trach. 874 (859), — + (ἐξ)ήκειν: Ant. 988 (962), El. 1318 (1286), — + ὁρμᾶσθαι: Trach. 155, — + στείχειν: Ant. 807 (799), — (προ)στέλλεσθαι: Phil. 1416 (1375), — + ἄγεσθαι: Ant. 876 (868)

(Dind.: ἔρχομαι. — O. R. 67), — + φανῆναι: El. 1273 (1243), — + πέμπειν: Ai. 738 (704) (:ἔπεμψε interpretandum est pro ‚Teucer effecit ut irem‘); — Ἔξοδος + ἕρπειν: Ai. 286 (274). — Κέλευθος + ἕρπειν: Ant. 1212 (1177), Phil. 1222 (1182 sq.), — + πέμπεσθαι: El. 1163 (1137). — Βάσιν + ἐφίστασθαι: Trach. 339 (333) (:ἐφίσταμαι = τί με προσέρχῃ: Ell. II, 289: Schwarz. p. 15). — + ἐπεμπίπτειν: Ai. 42 (ἐπεμπ. = βαίνειν μετ' ἐπιθέσεως). El. (726) 741: πάντας ἀσφαλεῖς δρόμους ὠχεῖσθαι (alia lectio: ὀρθοῦτο). Ad Oed. Regis vsm 192 (ἀντιάζω [sc. Ἄρεα] παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας ἄπουρον) vide quid Schwarzius disserat de παλισσ. δραμ. νωτ.: quae verba sic vertit germanice: „rückwärts eilenden Laufes fliehen machen“. Satis fuisset, opinor, si poeta, omisso adiectivo παλισσ., scripsisset δράμ. νώτιζ., quibus verbis, cum ea videantur conformata esse ad exempli Lobeckiani similitudinem: λόγους — ἐρωτᾶν, non deest id quod ex regula poscitur attributum, quia addidit poeta ἄπουρον τῆς πάτρας. — Denique de ἕδραν προσθακεῖν: O. C. 1166 (1157) et de θοάζειν (= θάσσειν: Buttm., lexil.) ἕδρας (:O. R. 2) vide Schwarz, p. 16. — Hinc descendamus ad notam Lobeckii, quae legitur in Parall. p. 518: *omnino verborum standi sistendi, sedendi sidendi, surgendi cum nominibus consociationem creberrimam apud Graecos fuisse*. Exemplum exstat in O. R. vsu. 84: ὅτε νῦν ἕδρας Πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἔκαμψ' ἐγώ: in quo versu κάμπτειν tralate dictum est, ut solum significet: ‚postquam quo accesseris, considere‘, ἕδρα de sessione intellegendum est‘: Ell. in l.

II.

Nomina substantiva, in accusativo posita, significant obiectum materiale pendens e verbo transitivo, quod natura sua nominis adminiculum appetit.

O. R. 1143 (1112): δοὺς ὡς ἐμαυτῷ θρέμμα θρεψαίμην ἐγώ: — *Phil.* 297 (290): ἔφη' ἀφαντον φῶς: cum quo versu ex alia ratione conferri potest exemplum quod affert Lob., p. 537 ex Euripidis Ione (vs. 883): ᾔχειν εὐηχήτους ὕμνους (vide VI). — *O. R.* 1249 sq. (1224): ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρα καὶ τέκν' ἐκ τέκνων τέκοι. Ind. III, 3). — *Ant.* 676 (670): σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία: ad quem vsm. in additamento liceat monere, quod Ellendtius docet, substantivum σώματα saepius de viventium corporibus dici, raro de mortuorum cadaveribus.

Verborum coniugatorum in locum synonyma substituta sunt his locis:

Ad *El.* 84: πατρὸς χέοντες λουτρά Ell. (II, 38) docet λουτρά tralate dictum esse de libaminibus mortuis debitis i. e. pro σπονδαί vel χοαί: quae verba ambo legimus coniuncta: El. 269 sq. (262): σπένδοντα λοιβὰς et Ant. 431 (428): χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει.

III.

Verbum ad nomen substantivum, et id in nominativo positum, pro praedicati parte refertur.

Exempla a me collecta secundum Lobeckianum illud formata sunt: πνοὴ ἀναπνεῖ (Lob. § 2, p. 503). *Phil.* 150: μέλον πάλαι μέλημα μοι λέγεις ἄναξ. — *O. C.* 634 (632): ἔπειτα δ' ἱκέτης δαιμόνων ἀφιγμένος. — *Phil.* 470 (460): ἱκέτης ἱκνοῦμαι (in initio versus), *O. R.* 920 (892): ἱκέτις ἀφῖγμαι (in initio versus): est apertum his locis omnibus substantivum ἱκέτης (ἱκέτις) angustiorem significationem habere quam verbum ἱκνεῖσθαι, attributo igitur illis nominibus opus non esse. — — Denique ex eadem ratione dicendi ortum puto quod poeta habet in *Antigonae* vsu 543 (541): λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην. — Tandem huc accedunt: *Ant.* 100: ἀκτὶς ἀελίου, τὸ κάλλιστον ἑπταπύλῳ φανὲν . . . . φάος. — 417 (415): καὶ καῦμ' ἔθαλπε: καῦμα et θάλπος utrumque significat *aestum*: Ell. in l., — (Ant. 700: ἐρεμνὴ σῖγ' ἐπέρχεται φάτις: § 1 A VI) — 815 (806): οὔτ' ἐπινύμφειός πώ με τις ὕμνος ὕμνησεν. — 1196 (1161): ἐγὼ δὲ σῷ ποδαγὸς ἑσπόμην πόσει (ποδαγὸς = pedissequus: Ell.).

IV.

Nomen substantivum, in dativo positum qui dicitur instrumentali, cum verbo cognato consociatur

secundum Lobeckiana exempla (§ 8) βέλεσι βάλλειν vel γάμῳ γεγαμηκώς[20]), υἱὸς γόνῳ γεγονώς. φύσει πεφυκὼς ἀνδρεῖος.

a) substantivum auctum est attributo.

O. R. 1261 (1238): τὴν γυναῖκ' εἰσείδομεν Πλεκταῖς (adj.) ἑώραις (sbst.) ἐμπεπλεγμένην. — *Phil* 800 (771): ἀλλ' ἀντιλαβὼν Τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ Ἐμπρῆσον. — *O. C.* 1194 (1184): ἀλλὰ νουθετούμενοι Φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν: de substantivo ἐπῳδαῖς dubitari potest, utrum aut ad participium νουθετούμ. aut ad vbm. fin. ἐξεπᾴδονται an ad utrumque hoc vocabulum referendum sit. — *Trach.* 545 (533): νοσοῦντι κείνῳ πολλὰ τῇδε τῇ νόσῳ: dativus νόσῳ positus est, non accusativus, quia de animi, non de corporis morbo agitur.

b) substantivo deest attributum.

Ant. 200 sq.: ἠθέλησε μὲν πυρὶ Πρῆσαι κατ' ἄκρας: quae verba, quamquam in pleonasmi speciem incurrunt (Lob., p. 523), tamen arte quaesita videntur a poeta ad detestabile Polynicis facinus disertius indicandum (v. ind. III, 8): ‚πυρὶ πρῆσαι Homero placitum‘, inquit Lob., ‚et Tragicis: complendis numeris assumtum‘ (v. ind. III, 11). — *Phil.* 55: ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων: ad quem versum Lob. (p. 526) adnotat, dativum non ex participio pendere, sed utrumque e verbo finito, ea opinione, ni fallor, ductus, abhorrere a germanorum Graecorum usu dicendi, dativum, *simpliciter* positum, cum verbo conjugato coniungere, nisi altera notio alterius notionis significationem intendat. Tamen vide, quomodo ipse (v. ind. III, 11) conatus sim, haec verba explicare. — *Phil.* 79: ἔξοιδα, παῖ, φύσει σε μὴ πεφυκότα Τοιαῦτα φωνεῖν: verbum πεφυκέναι significat nihil nisi *esse*, unde apparet, significationem nominis substantivi angustiorem esse quam verbi. — *Ai.* 62: τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν: ‚cum significantia dictum, ut opinor‘, inquit Lob., p. 529 (v. ind. III, 8). — *O. R.* 65: ὥστ' οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε: quae verba, exemplis illustrata, Nauckius sic vertit: „in tiefen Schlaf versenkt“. Sed Dindorfius e Badhami coniectura scripsit εὕδοντα: vide in ind. III, 3.

Verborum conjugatorum in locum synonyma substituuntur his locis:

a) substantivum auctum est attributo.

El. 650 (634) ζῶσαν ἀβλαβεῖ βίῳ. — *Phil.* 41 sq.: νοσῶν ἀνὴρ Παλαιᾷ κηρί. — *Ant.* 162 sq.: πολλῷ σάλῳ σείσαντες: σάλος transfertur ad civitatem periculo concussam: Ell. in l. — (O. R. 1371 (1333): ὄμμασι ποίοις βλέπων. — *O. C.* 244 (238): ἀλαοῖς ὄμμασι προσορᾶν.)).

b) substantivo deest attributum.

O. C. 435 (430): λευσθῆναι πέτροις: ad quem versum plura eiusdem dictionis exempla attulit Schneidewinus et conferendum est item, quod poeta habet in Aiacis versu 254 (242): πεφόβημαι λιθό-λευστον Ἄρη. — *Ai.* 1063 sq. (1018): τυμβεῦσαι τάφῳ (v. in indice III, 7), — 245 sq. (237): ὥρα τιν' ἤδη κάρα καλύμμασι κρυψάμενον ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι: quae eadem vocabula synonyma coniuncta habes in κρυφῇ καλύπτει: Ant. 1254 (1218) (v. in ind. III, 5), — *Ai.* 1113 (1068): ἀλλ' οὕνεχ' ὅρκων, οἷσιν ἦν ἐνώμοτος: ex quo versu sequitur Graece dici: ὅρκοις ἐνώμοτον εἶναι (:Ant. 394 (392): ἥκω δ', ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος). *Ant.* 427 (425): οὕτω δὲ χαὔτη, γόοισιν ἐξῴμωξεν: ind. III, 9. — *Phil.* 1401 (1360): ἅλις γάρ μοι τεθρήνηται

---

[20]) Hic usus exemplis quidem, quae etiam in theotisca lingua sunt obvia, satis firmatur, nonnunquam autem dativus paene pro accusativo est, ut in hoc exemplo: „Der Stolze fällt mit stolzem Falle“ (Schiller). Propius quam ad actionis, ad significationem membri, quo efficitur actio, idem poeta accedere videtur, cum dicat: „Der geht vielleicht mit frechem Schritte Jetzt eben durch der Griechen Mitte“.

φῶς. — *Trach.* 790 (779): πολλὰ δ' οἰμωγῇ βοῶν: de hoc exemplo plura a me disputata vide in p. 11. — *Trach.* 176 (170): ἐκπηδᾶν ἐμὲ Φόβῳ, φίλαι, ταρβοῦσαν (Lob., p. 527). — *O. C.* 1625 (1607): ὥστε πάντας ὀρθίας Στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας: ad quem versum adnotat Hermannus (in editione fabulae): ,Male Porsonus iungebat φόβῳ δείσαντας, de quo persuasit Reisigio et, ut videtur, etiam Elmsleio: construe: ὥστε πάντας δείσαντας φόβῳ ὀρθίας στῆσαι τρίχας.' Hermanni auctoritatem secutus est Donnerus in versione sua theotisca; — praeterea vide Wunderi Adverss. in Soph. Philoct., p. 52. — *Trach.* 24: ἐγὼ γὰρ ἥμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ. — *O. C.* 1294 (1285): γονῇ πεφυκὼς ἠξίουν γεραίτερος: γονῇ non aliter esse dictum quam φύσει, sequitur e versu 1295: ὃν φύσει γεραίτερος, praesertim si adhibes etiam Antigonae versum 659 (653): ἀκρατοῦν ὃν προσεῖδον ὀφθαλμοῖς ἐγὼ cum τά γ' ἐγγενῆ φύσει: ind. III, 11. — Ad *Aiacis* versum 993 (948): ducit afferre, quod Lobeckius docet in § 10: ,nominibus membrorum, quibus agimus et sentimus, inquit, apponuntur verba agendi et sentiendi, neque habet offensionem, si nomina illa carent attributo.' Et huius usus exempla ubique obvia sunt et apud Sophoclem inveniuntur multa (*Ant.* 764 (758): ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν. — *Trach.* 241. — 746 (735): ἐν ὄμμασι δεδορκώς: — *Ant.* 916: διὰ χερῶν οὕτω λαβών: in versu ab interpolatore vetere illato. — alia: Lob., p. 532) *Ant.* 1110: ἀξίνας χεροῖν ἑλεῖν: — *O. R.* 1371 (1333): ὄμμασιν ποίοις βλέπων. — *O. C.* 241 (238). Praeterea haec similia exempla: *Ant.* 203: τάφῳ μήτε κτερίσαι μήτε κωκῦσαί τινα. — *O. C.* 68: οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ: — 138 (136): Ell. s. v. κτέρισμα: ind. III, 7: — *O. C.* 68: φωνῇ γὰρ ὁρῶ, Τὸ φατιζόμενον: si recte hunc versum Ell. interpretatur ita, ut non post ὁρῶ virgula posita verba distinguantur, et ut componenda sint τὸ φωνῇ φατιζόμενον (,ich erkenne das (se. von euch) Gewünschte'). Aliae sunt aliorum interpretationes, quarum maxime placet ea, qua Bonitzius adversatur Schneidewino, qui conicit φωνὴν pro φωνῇ (Beiträge I. 78): v. ind. III, 1

V.

Nomen substantivum aut in alio casu obliquo positum aut cum praepositione coniunctum est.

Aias 309 (296): ἐν δ' ἀρνείων Νεκροῖς ἐρειφθεὶς ἕζετ' ἀρνεῖον φόνου: vide Lobeckium in commentario. — *O. R.* 1229 (1204): τὰ δ' αὐτίκ' ἐς τὸ φῶς φανεῖ. ἐς τὸ φῶς adverbii loco positum est: — *Aias* 685 (653): σὺ δὲ ἔσω θεοῖς ἐλθοῦσα διὰ τέλους, γύναι, Εὔχου τελεῖσθαι τοὐμὸν ὧν ἐρᾷ κέαρ.

Verborum conjugatorum in locum synonyma substituta sunt his locis:

Ant. 764 (758): τοὐμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν. — *Trach.* 241. — 746 (735): quae tria exempla supra iam exsignavi, sed ea uncis seclusa, sub IV.

VI.

Nomen substantivum (Lob., p. 537: στῆσαι χορὸν στασιν), vel attributum quod ei adhaeret (Lob.: φυτεύσαντες νεόφυτον ἀμπελῶνα) cum simplici verbo, a quo est compositum, consociatur:

cum qua dictione *non prorsus* alienum est conferre, quod nostratium unus, poeta ille clarissimus habet: „wir läuten gern mit lautem Schall" (Uhland), et apponere item, quod Sophocles habet: *Ant.* 425 (423): ὀρνιθος κενῆς εὐνῆς λέχος ὀρφανὸν βλέπειν, et quod ex eadem ratione profectum videtur: *Ant.* 700 (694): ἐρεμνὴ σῖγ' ἐπέρχεται φάτις. — 791 sq. (784 sq.): δικαίων ἀδίκους Φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ: ἀδίκους = ὥστε ἀδίκους γίγνεσθαι. Ell. s. v. ἄδικος. — ἐπὶ λώβᾳ: Ell. s. v. ἐπί, p. 260ᵃ: § 1 C: — denique *O. R.* 178 (ind. III, 13): φοιτᾷ Μέλεος μελέῳ ποδὶ χηρεύων, quocum conferas Ellendtii notam in lexico (: v. B, 1, Syn.)

VII.

Verbum coniungitur cum nomine substantivo, a quo est compositum

(Lob., 537: ὁδὸν ὁδοιπορεῖν) (vide C), *O. C.* 343 (338): κατ' οἶκον οἰκουροῦσιν (οἰκουρεῖν = domi sedere: Ell.), *neque non convenit synonymis haec nominum et verborum, quam inter se habent, relatio* (*Lob.*: κρεοκοπεῖν μέλη):

El. 190 (183): οἰκονομῶ θαλάμους πατρός. — 280 (273): θεοῖσιν ἔμμην' ἱρὰ τοῖς σωτηρίοις Μηλοσφαγεῖν. — *Trach.* 760 (749): ταυροκτονεῖ μὲν δώδεκ' ἐντελεῖς ἔχων Λείας ἀπαρχὴν βοῦς. — *Ant.* 251 sq.: οὐδ' ἐπημαξευμένη Τροχοῖσιν (sc. ἡ γῆ).

B. Verba conjunguntur cum similibus adiectivis, et sive simplicibus iis sive compositis, vel cum participiis.

I. Verba cum adiectivis suae stirpis copulata reperiuntur his locis (Lob. § 12, p. 531):

Ai. 361 (Do. 347): εὔφημα φώνει. — *El.* 1009 (980): πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν Ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι καὶ … — 1407 (1375): ἤκουσ' ἀνήκουστα. — *O. R.* 878 (861) mel: ἔνθ' οὐ ποδὶ χρησίμῳ Χρῆται. — 1168 (1137): ἢ δοῦλος ἢ κείνου τις ἐγγενὴς γεγώς: — *O. C.* 1668 sq. (1650 sq.): γόων γὰρ οὐκ ἀσήμονες Φθόγγοι σφε σημαίνουσι δεῦρ' ὡρμωμένας: quibus verbis quae adiuncta est pleonasmi species, ea evanescit addito genetivo γόων, quo accuratius adiectivum ἀσήμονες determinatur. — *Trach.* 860 sq. (847) mel: ἁ δ' ἀμφίπολος Κύπρις ἄναυδος φανερὰ Τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ. — *Phil.* 824 (795): μέλαινά τ' ἄκρου τις παρέρρωγεν ποδὸς Αἱμορραγὴς φλέψ (Lob., p. 537). — 1190: ὦ ξένοι, ἔλθετ' ἐπήλυδες αὖθις. — 297 (290): μόλις Ἔφην' ἄφαντον φῶς.

Synonyma vocabulis conjugatis his locis sunt substituta:

O. R. 131: οὐ πάλιν Ἴσορρος οἴκων τῶνδ' ἀποστραφεὶς ἄπει; (§ 4). — *Ai.* 66: δείξω δὲ καὶ σοὶ τήνδε περιφανῆ νόσον. — *Ant.* 406 (404): καὶ πῶς ὁρᾶται κἀπίληπτος ᾑρέθη; (O. R. 478: φοιτᾷ Μέλεος etc.: § 1 A I, VII — ind. III, 13). — *Phil.* 847 (Do. 819): ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακὴς Ὕπνος ἄυπνος λεύσσειν (vide sub capite 3). — *O. R.* 560 (553): ἄφαντος ἔρρει θανασίμῳ χειρώματι: — *Ant.* 160 sq.: σύγκλητον τήνδε γερόντων Προὔθετο λέσχην: προτίθεσθαι hoc loco idem est quod nos dicimus „berufen", vel quod latine dicitur: concionem indicere, convocare (vide Ell. in lex., Donnerum in versione), — 1010 (985): καὶ καταρρυεῖς Μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς: ,καταρρ. = ἐξεπτοι Schol.': Ell. in l. — 1231 (1195): ἔξελθε, τέκνον, ἱκέσιός σε λίσσομαι. — *O. C.* 118: ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς ὁ πάντων, Ὁ πάντων ἀκορέστατος; —: ἐκτόπ. = amotus. — ἐκτόπιος συθεὶς conjungenda. — cogitatione opponitur παρών: Ell. in l., — 234: αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε.

II. Participiorum cum congeneri verbo, et sive simplici eo sive composito, copulatorum haec exempla inveniuntur:

Ant. 1057 (Do. 1032): ἆρ' οἶσθα ταγοὺς ὄντας ὃν λέγῃς λέγων: sed ambigua est structura, quia etiam cum verbo finito οἶσθα coniungi potest participium λέγων. — *O. R.* 1375 sq. (1338): ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος Βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε: Ell. in l. sub voce βλαστεῖν, — de *O. R.* versu 1371 (1333) vide ad § 3.

Sed vocabulis conjugatis synonyma his locis sunt substituta:

(*O. R.* 478: φοιτᾷ Μέλεος etc.: § 1 A I, VII — ind. III, 13). — *Ai.* 757 (Do. 722): ὡς ἔφη λέγων. — *Ant.* 764 (758): προσόψει ὁρῶν. — *Trach.* 428 (422): λέγων ἔφασκες. — *Phil.* 225 (220): καὶ μή μ' ὄκνῳ Δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον. — (ὦ ξένοι, ἔλθετ' ἐπήλυδες αὖθις: 1190 (1151)), — 1327 (1288): ὃς τὸν ἀκαλυφῆ Σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις: sed Ellendtius s. v. οἰκουρέω adnotat: ,κρύφιος οἰκουρῶν si coniunxeris, ut necesse est, non inanem abundantiam, sed gratam copiam orationis videbis.' — *O. R.* 790

(Do. 773): (Φοῖβος) προὔφηνεν (vb. auxiliare) λέγων. — Ant. 227 (= Do.): φροντὶς γάρ ηὔδα πολλά μοι μυθουμένη: Ell. in lexico vocem αὐδᾶν coniunctam cum πολλά interpretatur, ita ut significet admonere. — (406 (404): καὶ πῶς ὁρᾶται κἀπίληπτος ᾑρέθη: sed fortasse haec verba ita sunt interpretanda, ut participium (?) ἐπίληπτος, et prolatum id quidem per synonymiam, iteret verbum ὁρᾶται) — O. C. 211 (206 sq.) μηδ' ἐξετάσῃς πέρα ματεύων (ἐξετάζειν = inquiro, ματεύειν = quaero, Ell. in lexico).

C. Adverbia componuntur cum verbis (Lob. p. 533).

O. C. 885 (Do. 882 sq.). ἐπεὶ πέραν περῶσ' οἵδε δή: adverbium πέραν. proprie usurpatum pro ultra et progressionem in longinquum significans, hoc loco intellegendum est de Creontis militibus fines Atticae excedentibus (Ell.). — O. R. 1229 (= Do. 1204): τὰ δ' αὐτίκ' ἐς τὸ φῶς φανεῖ. κακά. — De Phil. versu 605: Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο vide sub § 1, A, a. Praeterea vide, quae legis sub A, V et A, VII.

Synonyma usurpata sunt his locis:

Ant. 1254 (1218): μή τι καὶ κατάσχετον κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένῃ (vide ad A, IV, a, Syn.). — O. C. 1251 (1242): ἀστακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ. — Phil. 872 (843): εὔχους Ἀτρεῖδαι τοῦτ' ἔτλησαν εὐφόρως οὕτως ἐνεγκεῖν. — O. R. 1310 (1284) (?): πᾶ μοι φθογγὰ διαπωτᾶται φοράδην. — Ant. 85: κρυφῇ δὲ κεῦθε (sc. τοὔργον). — 117: ἀμφιχανὼν κύκλῳ λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα (sc. Πτεοκλῆς. ὁ Ἀργόθεν φώς'), — (791: φρένας ἀδίκους παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ: § 1, A, VI).

Caput (§) 2.

De nominis cum nomine coniunctione (Lob., p. 535–537).

I.

Exempla, quae conformata sunt ex similitudine dictionis ἀλὸς ἄλμη,[21]) φόνου βέλεσιν *(v. § 1, A, I, c), i. e. ita ut unum nomen ab altero regatur.*

O. R. 335: κακῶν κάκιστε. ab Oedipo dictum de Teiresia. — 465 (= Do.): ἄρρητ' ἀρρήτων. a choro de causa pestis dictum, qua Thebae afflictantur. — 1300 (1275) τίς ὁ πηδήσας μείζονα τῶν μακίστων: — Ant. 365 (363) σοφόν τι τὸ μηχανόεν τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων (sc. ἕρπει ὁ ἄνθρωπος). — Ant. 1154 (1129). θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ: de Creonte dictum: σπορά significationem subolis habet (Ell.). — 1206 (1171): φωνῆς δ' ἄπωθεν ὀρθίων κωκυμάτων κλύει τις.

Ant. 126: Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους ὑπερεχθαίρει. — 344: πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν (sc. ἄγει ὁ ἄνθρωπος), — 424: ὅταν κενῆς εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος. — 848 (840): οἵοις νόμοις πρὸς ἕρμα τυμβόχωστον ἔρχομαι τάφου ποταινίου. — O. C. 131: ἀλόγως τὸ τᾶς εὐφάμου στόμα φροντίδος ἱέντες. — Trach. 14: κρουνοὶ διερραίνοντο κρηναίου ποτοῦ (cf. O. R. 1062 (= Do. 1035)).

[21]) ratio quae inter ἀλὸς ἄλμη et ἅλμα. eadem inter vocabula. quae in lingua theotisca sunt obvia. intercedit: **Nutzniessung** et **Niessung**: de qua re videas, quid disserat *Weigandius* in lexico s. vv.: „der Geniess“. „geniessen.“

II.

Exempla, quae conformata sunt secundum dictionem θέρος θερμόν. ἀραίας ἀράς: **Lob.)**

Huius usus exempla haec exsignavi: O. R. 1349 (1317): ὄλοιθ' ὅστις ἦν ὃς ἀγρίας πέδας νομάδ' ἐπιποδίας ἔλαβέ μ' (?): quae verba similia sunt exemplis iis, quorum pars maxima, ut ait Lob., solum etymon commune habent, significatione notabiliter differunt: quamquam Papius in lex. docet, πέδη proprie significare quod nos dicimus. „Fussfessel“. — Non sine aliqua specie pleonasmi est Ant. versus 515 (Do. 513): οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς. sed manavit locutio ex Homerico usu, et de illius νεκροὶ κατατεθνειῶτες iam veteres adnotarunt (Ell. in lex.).

Synonymorum unum exemplum inveni:

Phil. 195 (= Do. 185): ἔστελλον αὐτὸν ἱκέσιους πέμπων λιτάς.

III.

Magna est copia adiectivorum eorumque et coniugatorum et synonymorum, quae apponuntur substantivis, quibuscum composita sunt.

‚Exempla huius dictionis multa apud Tragicos leguntur et apud Homerum‘: Lob., p. 536.

Ant. 502 (Do. 500): καίτοι πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον κατέσχον; — 1261 (1226): ἰὼ φρενῶν δυσφρόνων ἁμαρτήματα! — 1276 (1242): φεῦ, φεῦ, ὦ πόνοι βροτῶν δύσπονοι. — El. 1154 (1128): μαίνεται δ' ὑφ' ἡδονῆς μήτηρ ἀμήτωρ. — O. R. 1214 (1188): δικάζει τ' ἄγαμον γάμον (sc. ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος), — 1349 (1316): vide II. — 1256 (1230): ἐξαιτῶν γυναῖκά τ' οὐ γυναῖκα, μητρῴαν δ' ὅπου κίχοι: quae verba: οὐ γυναῖκα. cum appositionis vices teneant, hypodiastolae nota signanda sunt, ut Lobeckius ita affert: ὦ πάτερ αἰνόπατερ, μῆτερ ἀμήτωρ, διδάσκαλος ἀγραμματοδιδάσκαλος. — (Phil. 847 (818): ὡς πάντων ἐν λόγῳ εὐδρακὴς ὕπνος ἄυπνος λάμπει: vide § 3). Phil. 533 (519 sq.): ἴωμεν, ὦ παῖ, προσκύσαντε τὴν ἔσω ἄοικον εἰσοίκησιν. — Ant. 588 (584): δυσπνόοις ὅταν Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς (δύσπνοος graviter spirans: Ell.).

Synonyma his locis vocabulis coniugatis substituta sunt:

Ant. 431 (428): χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει: vide ad § 1 A, II, Syn.: — El. 630 (614): ὑπ' εὐφήμου βοῆς θύσαι. — O. R. 151: ὦ Διὸς ἁδυεπὲς φάτι! — O. C. 1549 (1532): ὦ φῶς ἀφεγγές! — Trach. 791 (781): τὸ δυσπάρευνον λέκτρον. — Phil. 1066 (1037): οὐδὲ σοῦ φωνῆς ἔτι γενήσομαι προσφθεγκτός, — O. R. 1127 (1096): ἦ μὲν κοιτωνίας, ἦ δὲ προσχωρεῖ τόπος. — Ant. 8: πανδήμῳ πόλει κήρυγμα θεῖναι: Ell. in lexico ostendit hoc loco vocem πόλις non significare urbem. sed civitatem, ut ita conveniat cum adiectivo πανδήμῳ. — Ant. 111: ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων (sc. ὁ Ἀργόθεν φώς): sed vide Ell. s. v. ἀμφίλογος. — Ant. 336 sq.: περιβρυχίοισιν περῶν ὑπ' οἴδμασιν (sc. χωρεῖ ὁ ἄνθρωπος): περιβρύχιος circumaestuans, οἶδμα humor maris elati et fluctuantis: Ell. in lex., — Ant. 556: ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀρρήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις (εἰλόμην [sc. Ismene] ζῆν): vocabula ἄρρητοι et λόγοι quamquam per synonymiam conveniunt, tamen significatione notabiliter differunt (λόγοι: opiniones, causae), — 733 (727): οὔ φησι Θήβης τῆσδε ὁμόπτολις λεώς. — 1012 sq.: ἐμάνθανον φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα (vide Ell. in lex.), quamquam discriminis aliquid inest in voce μαντεύματα. quae vox de divinatione dicitur, et in voce ὄργια. quae sacra sunt sc. ἔμπυρα. ex quibus coniectabat Teiresia, — 1074 sq. (1049): τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι λοχῶσιν. — 1207 (1172): κλύει τις ἀκτέριστον ἀμφὶ παστάδα (ἀκτέρ.: insepultus. παστάς: sepulcrum, Ell.), — 1141 (1111): ἔχεται πάνδαμος ἁμὰ πόλις ἐπὶ νόσου.

IV.

Exempla, quae conformata sunt secundum dictionem νόμων νομοφύλακες **(Lob., p. 537):**

‚quibus quae adiuncta est pleonasmi species, ea evanescit, si quid aliud additur, quo substantivum secundarium accuratius determinatur‘ et quibus ***similis est dictio:*** γέρρα βοῶν ὠμοβόινα, — παιδουργία

δυστέκνος. — *O. R.* 939 (912): τύραννον αὐτὸν οὑπιχώριοι χθονὸς Τῆς Ἰσθμίας στήσουσιν. — (*Phil.* 1027 (996): ἔχοντα πλεύσανθ' ἑπτὰ ναυσὶ ναυβάτην). — 540 (526): ἄνδρε γὰρ δύο, Ὁ μὲν νεὼς σῆς ναυβάτης, ὁ δ' ἀλλόθρους, Χωρεῖτον.

Synonyma: *Ant.* 174: θρόνους ἔχω Γένους κατ' ἀγχιστεῖα: Ell. ἀγχιστεῖα interpretatur ita ut significet proximam *cognationem*; sed habet idem vir doctus s. v. ἄγχιστος: ‚proximus *tum loco*, tum genere', — 1155 (1120): Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος. — *O. C.* 333 (329): καὶ λόγων γ' αὐτάγγελος (sc. ἥκω. i. e. Ismene): fig. etymol. ex **homoeosematis** facta. — *O. R.* 1248 (1221): ἐφ' ὧν λίποι Τοῖς οἷσιν αὐτοῦ δύστεκνον παιδουργίαν.

His subiungam adiectiva (et ea composita), quibus nomen, quocum composita sunt, conexum est casu diverso (ἄπαιδες παίδων. **Lob.**).

Electra 1386 (1354): βεβᾶσιν δωμάτων ὑπόστεγοι. — *Ant.* 1185 (1150): εὐγμάτων προσήγορος: vide VI.

V.

Exempla, quae cadunt in similitudinem dictionis χρήσιμος πρὸς τὸ καλῶς χρῆσθαι, *i. e. adiectivorum, quae epexegesi accuratius definiuntur.*

qua in re fit, ut etc. (vide Div. Materiae § 2, 5). *O. R.* 1062 (1036): θάρσει, σὺ μὲν γὰρ οὐδ' ἐὰν τρίτης Μητρὸς φανῶ τρίδουλος (notabiliter differunt verba, quae legis in Antigonae versu 471 (469): δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρός).

VI.

Ad ultimum occurrunt exempla, quae sunt ex similitudine dictionis φανερὸς ἐμφανῶς.

Trach. 608 (597): πρὶν κεῖνος αὐτὸν φανερὸς ἐμφανῶς σταθεὶς Δείξῃ θεοῖσιν· quo tamen in versu Nauckius φανερὸς coniungit cum σταθείς, ἐμφανῶς cum δείξῃ. Dindorfius e Triclinii scriptura habet: φανερὸν ἐμφανής. — *O. R.* 1469 (1432): ἴθ' ὦ γονῇ γενναῖε: Lob., § 11. — v. ind. III, 5. — *O. R.* 478: ἅτε ταῦρος μέλεος μελέῳ ποδὶ χηρεύων. — sed dubitari potest, utrum ad μέλεος an ad χηρεύων referenda sint verba μελέῳ ποδί. — *O. R.* 853 (835): οὔτοι ποτ', ὦναξ, σόν γε Λαΐου φόνον Φανεῖ δικαίως ὀρθόν (sc. βοτήρ). — sed valde dubia est lectio, de qua videndum etiam est. *Ant.* 231: τοιαῦθ' ἑλίσσων ἤνυτον σχολῇ βραδύς. — quod Ellendtius disputat in lex. s. v. σχολή. — 445: σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν ᾗ θέλεις Ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον: ‚ex abundante dictum ἔξω cum ἐλεύθερον coniunctum, de qua re v. Erf. et Schaef. mel. crit. p. 115': Ell. in lex., — 1185 (1150): ὅπως ἱκοίμην εὐγμάτων: de Euridice dictum: exemplum fig. etymol. ex **homoeosematis** fictum (cf. λόγους ἐρωτᾶν: Lob., — vide IV, fin.). — *O. C.* 233 (226): τῶνδ' ἑδράνων πάλιν ἔκτοπος (ἔκθορε): vide Ell. s. v. πάλιν.

Adverbia cum substantivis consociata apud Sophoclem non inveni.

Caput (§) 3.

De verbi cum verbo coniunctione.

Exempla, quae conformata sunt secundum dictionem ‚propero properare', cui dictioni similis est altera: εὐδρακὴς λεύσσειν: *Phil. 847 (818).*

O. R. 792 (775): ὡς ... γένος Ἄτλητον ἀνθρώποισι δηλώσοιμ' ὁρᾶν, et huc cadit Lobeckii adnotatio, quam habet in Parall. No. 23 eamque de verbis ostendendi et videndi factam, (— 1371 (1333): ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις βλέπων Πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον εἰς Ἅιδου μολών: quod exemplum melius refertur in § 1 B II).

Caput (§) 4.

Praepositionum earundem congeriem (Lob., p. 538) poeta praebet his locis:

εἰς) *Aias* 296 (283): εἴσω δ' ἐσῆλθε συνδέτους ἄγων ὁμοῦ. — *El.* 802 (786): ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω. — *Phil.* 533 (519): ἴωμεν, ὦ παῖ, προσκύσαντε τὴν ἔσω Ἄοικον εἰσοίκησιν. — *O. R.* 1429 (1391): εἰς οἶκον ἐσκομίζετε. — *Ant.* 1248 (1213): ἀλλ' ὑπὸ στέγης ἔσω (sc. Euridice luctum tollet de filio amisso).

ἀπὸ) *O. R.* 431: οὐ πάλιν Ἄψορρος οἴκων τῶνδ' ἀποστραφεὶς ἄπει; (quae verba item cadunt in similitudinem exemplorum, quae collegi sub capitis (§) primi titulo B, I (ἄψορρος ἄπει) vel B, II (ἀποστραφεὶς ἄπει). — *Ant.* 241: οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει (?); — ἀπαλλαχθεὶς ‚quasi onere, quod fers, deposito': Ell. in lex.

ἐκ) — *Ai.* 741 (707): τὸν ἄνδρ' ἀπηύδα Τεῦκρος ἔνδοθεν στέγης Μὴ 'ξω παρήκειν (v. Lob. in Commentario). — *O. C.* 233 (226): ἔκτοπος ἄφορμος ἔκθορε.

πρὸ) *O. C.* 1141 (1132): οὔτ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη.

συν) *O. R.* 1112 (1081): Γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τ' ἀνδρὶ σύμμετρος. — *O. R.* 1126 (1095): Χώροις μάλιστα πρὸς τίσι ξύναυλος ὤν;

Haec habes etymologicae figurae exempla Sophoclea, exemptis iis quae verbis auxiliaribus efficiuntur. Atque huius **totius** rei adhuc pertractatae ut certus fructus denique relinquatur, complures infra indices adicientur huic commentariolo: primus, in quo habeas omnia exempla in unum ea quidem coacervata, sed in singulas fabulas distributa (fabulas autem ipsas ordine litterarum servato enumerabo), alter, in quo exempla relata videantur et ad genera illa et ad capita, quae distinxi figurae etymologicae.

Ipsius commentationis — nam ad eam nunc redeo — finem faciam, si quod nunc unum restat, absolvero.

Restat enim ut pauca dicam de figurae etymologicae exemplis iis, in quibus ex nudo substantivo cum verbo consociato figura etymologica conformatur. Hanc rem haud prorsus eam quidem neglectam

adhuc*), sed tamen leviter hic illic strictam nunc ut retractem, valde promoveor. Nam interest mea monuisse, quod est caput huiusce commentationis et summam rei continet: figuram etymologicam nullam esse nisi in qua, quod additamentum accrescit notioni verbali, id sine abundantia dictum sit, ita ut „rerum certum genus designetur.“ Quam ob rem cum raro fiat, ut substantivi potestas circumscripta non sit proprio epitheto (nam exceptio legis una est: si substantivum natura differt a notione verbi): — apparet, sponte illam quaestionem oriri, quemadmodum defendantur talia exempla Sophoclea, quae sunt contra legem conformata et quae per pleonasmum prolata videntur. — Atque subvenit quaestioni auctor Lobeckius, in cuius libro, quem laudavi saepissime, caput quasi argumentandi et disserendi insit hoc, ut videamus: quousque talis constructio pertineat. In re igitur tractanda quae sit calcanda via apertum est: colligam equidem exempla Sophoclea, collecta illustrabo. Atque illustrandi haec erit ratio, quam infra insistam (scilicet in indice tertio): **primum**: ut appareat, in quas species causae discedant, quibus exempla Sophoclea defendantur, — **tum**: ut, iuxta posita, exempla ipsa sequantur, — **denique**: ut omnino nullam habeam rationem exemplorum eorum, quae ad Lobeckii praescriptionem illam sunt conformata, quam legis in commentatione huius viri inde ab paragrapho XII, et in quibus exemplis quae insit forma dicendi eaque a pleonasmi specie admodum remota, disertius vir doctus non explicat, cum talis forma dicendi apud Graecos esset usitatissima. — Neque vero hoc loco praetermittendum est, quod **autumat Lobeckius, saepe ambiguum esse, ex pluribus rationibus quaenam praevaleat.**

His praemissis, quos indices lectori supra promisi, ei nunc sequantur.

---

*) cuius rei testis est congeries exemplorum supra proposita in pp. 7, 8, 10, adn., 11, adn.

Index primus,

in quo ex singulis fabulis in unum contraxi versus eos, ubi exempla figurae etymologicae occurrunt: sunt enim versus hi:

Index alter,

in quo et in capita et in genera figurae etymologicae singula exempla Sophoclea ex fabulis singulis distribuuntur.

Aias.

§ 1 A, I: ——: ——; ——. ——: 956 (913) 317 (304): ——; vbb. fac. et dic.: 127 214 (211) 482 (460) 312 (299) 770 (745): ——, ——, ——, ——.
(I: 672[22]**) (640)**: ——: ——, — —: —— —— —: **2 760 (725); 70 1058 (1013): 994 (950) 738 (704) 286 (274) 42 289 (276), — —, ——, ——).**
II **(II)**. III. IV——: 62 sq. **(IV—: 1063** sq. **(1018) 245** sq. **1113 (1068) 993 (948))**. V 309 (296) 685 (653) **(V)**. VI. VII **(VII)**. —
B, I: 361 (347) **(I: 86)**. II **(II: 757 (722))**.
C **(C)**.

§ 2, I. II **(II)** III **(III)** IV **(IV)**. V. VI.

§ 3.

§ 4.

[22]) hac alia forma typorum (quos etiam uncis seclusi) etymologicae figurae genus alterum significatur, quod efficitur verbis per synonymiam compositis.

Exempla ad genus **tertium** spectantia proposui in paginis 9, 11, adn.

Antigona.

§ 1 A, I: 551 (549) 577 (575) 1247 (1213). —: 384 (382) 428 (425) 239 536 (534) 493 (423), —: d: 1045 (1020) 1201 (1166). vbb. fac.: 1228 (1193) et dic.: 1232 (1197) 1045 (1020) 1245 (1210) 428 1021 (995) 423 sq. et eundi: 988 (962) 807 (799) 876 (868) 1212 (1177) 289 (276): e —: vbb. sid. et sed., standi et sistendi, surgendi.
(I a ——: b ——; c —, —: d (+ vbb. dic. et fac.): 1307 (1273) 514 (512) 772 (767) 856 (847), vbb. eundi: e —: vbb. sid. et sed., standi et sistendi, surgendi).
II: 676 (670) **(II: 431 (428))**. III: 543 (541) 100 417 (415) 700 815 (806) 1196 (1191). IV —: b: 201 **(IV: 162** sq., **394 (392) 428 (425) 659 (653) 203)**. V **(V: 764 (758) 916 (1110))** VI: 425 (423) 700 (694) 791 (784 sq.) 885 (875). VII **(VII: 251** sq.**)**.
B, I: 1210 **(I: 406 (404) 160** sq. **1010 (985) 1231 (1195))**. II: 1057 (1032) **(II: 764 (758) 227 406 (404))**
C **(C: 1254 (1218) 85 117 791)**.

§ 2, I: 126 344 365 (363) 424 sq. 848 (840) 1164 (1129) 1206 (1171). II: 515 (513) **(II)**. III: 502 (500) 1261 (1226) 1276 (1242) 588 (581). **(III: 431 (428) 8 111 336** sq. **556 773 (727) 1012** sq. **1074** sq. **(1049) 1207 (1172) 1141 (1111))**. IV: 1155 (1120) **(IV: 174)**. V. VI: 231 445 1185 (1150).

§ 3.

§ 4: 244 1248 (1213).

Exempla ad genus **tertium** spectantia proposui in paginis 9 sq.

Electra.

§ 1 A, I: ——: ——: ——. ——: d: ——; e: ——: vbb. dic. et fac.: 320 (312) 672 (656) **(**288 (280)**)** 388 (380) 1034 (1012): eundi: ——, ——. ——, ——.
(——: ——: 470 (463), —: 1415 (1383) 599 (583) 461 (453) 532 (516) 471 (463): e —; vbb. dic. et fac. vide sub d; vbb. eundi: 1318 (1281) 1273 (1243) 1163 (1137) 741 (726), ——, ——, ——).
II **(II: 84 269 sq. (262))**. III. IV **(IVa: 650 (634): —)**. V **(V)**. VI. VII **(VII: 190 (183) 280 (273))**.
B, I: 1009 (988) 1407 (1375) **(I)**. II **(II)**.
C **(C)**.

§ 2. I II **(II)**. III: 1154 (1128) **(III: 630 (614))**. IV: 1386 (1354) **(IV)**. V. VI.

§ 3.

§ 4: 802 (786).

Oedipus Rex.

§ 1 A, I. ——: 554 (547) 1487 (1449): 889 (867) 348. 525 sq. (519); d: 810 (793): e: 233 sq.: vbb. dic. (et fac.): 755 (738) 1419 (1381) 512 (508); eundi: 67 190 (194), 2, ——, ——.
(I ——: ——: ——, ——; d: ——: e: ——: vbb. dic. et fac. ——; eundi: (67 190 (194)), ——. ——, ——).
II: 1143 (1112) 1250 (1224) **(II)**. III: 920 (892). IVa —: b: 65 **(IVa: 1371 (1333): b: 1371)**. V: 1229 (1204) **(V)**. VI: 478. VII **(VII)**.
B, I: 878 (861) 1168 (1137) **(I: 431 848 (831) 478 560 (553))**. II: 1375 sq. (1338) **(II: 431 790 (773))**
C: 1229 (1204) **(C: 1310 (1284))**.

§ 2, I: 1062 (1035) 335 465 1300 (1275). II: 1349 (1317) **(II)**. III: 1214 (1188) 1256 (1230) **(III: 151 (152) 1127 (1096))**. IV: 939 (912) **(IV: 1248 (1221 sq.))**. V: 1062 (1036). VI: 1469 (1432) 478 853 (835).

§ 3: 792 (775) 1371 (1333).

